ELECTARIUM ÆTHIOPICUM.

℞. Conſ. è Cort. Aurant. ʒvj. Æthiop. Mineral. ℥ss. Pulv. Ari comp. Spec. Diambr. ana ʒj. Syr. è Cort. Aurant. q. ſ. m. f. Electarium, ſumat Quantitatem Nucis Moſchatæ bis de Die.

ELECTARIUM ANTISCORBUTICUM.

℞. Conſ. Abſinth. Rom. Flor. Aurant. ana ʒvj. Chel. Cancr. præp. ʒij. Pulv. Ari comp. Spec. Diambr. ana ʒj. Syr. è cond. N. M. q. ſ. m. f. Electarium, ſumat Quantitatem Nucis Moſchatæ bis de Die cum Apozemate Specific. ℔ss.

GARGARISMA RESTRINGENS.

℞. Myrrh. Elect. Terr. Japonic. ana ʒij. Vin. rubr. ℔ss. m. f. Gargariſma, quocum colluantur Gingivæ.

MIXTURA ANTISCORBUTICA.

℞. Succor. Scorbut. Batean. ſine Sacchar. præparat. ℥x. Aq. Pæon. comp. ℥iv. f. Mixtura ſumat Cochl. iv. omni Mane.

MALUM

PHARMACOPOEIA LONDINENSIS.

PONDERA ET MENSURÆ.

Apud noſtrates in uſu ſunt duo ponderum genera, unum, quo aurum & argentum veneunt, alterum, quo cæteræ fere merces; prius lingua vernacula vocamus *Troy weight*, poſterius *Averdupois weight*. Horum libræ diverſo modo dividuntur; illius enim libra duodecim tantum uncias habet, hujus vero ſedecim. Pondere quoque differunt, tum libræ, tum unciæ; libra aurifabrorum minor eſt altera, uncia major.

Nos libra aurifabrorum utimur; quam tamen, non ut iſti opifices, ſed in hunc modum dividimus:

Libra	habet	uncias duodecim,
Uncia	habet	drachmas octo,
Drachma	habet	ſcrupulos tres,
Scrupulus	habet	grana viginti.

MENSURÆ liquidorum etiam apud noſtrates diſpares ſunt, aliis metiuntur cereviſiam, aliis

aliis vinum; poſteriores nos adhibemus, & eam vocamus libram, quæ lingua vernacula appellatur *A wine pint.*

Hanc libram hac ratione dividimus:

Libra	habet	uncias ſedecim,
Uncia		drachmas octo.

Congius habet libras octo.

Cochleare denotat menſuram unciæ dimidiæ.

QUONIAM menſuram, quam vocamus libram, nullius fere liquoris pondus librale adimplet; ubique præfiximus P. vel M. prout pondere, vel menſura, unaquæque præcipitur.



MATE-

MATERIA MEDICA.

NOMINA USU RECEPTA.	SYNONYMA ET DESCRIPTIONES.
Abrotani folia,	Abrotani maris anguſtifolii majoris Caſpar. Bauhini: vel, Abrotani fœminæ foliis teretibus C. Bauhini; ſantolinæ foliis teretibus Tournefort.
Abſinthii maritimi ſummitates,	Abſinthii marini albi Gerard. abſinthii ſeriphii Belgici *C. B.* abſinthii Romani noſtratibus falſo dicti.
Abſinthii vulgaris folia,	Abſinthii vulgaris majoris Johan. Bauhin.
Acacia,	Succus inſpiſſatus fructus immaturi acaciæ foliis ſcorpioidis leguminoſæ *C. B.*
Acetum.	
Ærugo.	
Agaricus,	Agaricus, ſive fungus laricis *C. B.*
Allium,	Radix allii ſativi *C. B.*
Aloe Socotorina,	Succus concretus aloes ſuccotorinæ anguſtifoliæ ſpi-

	noſæ flore purpureo Breyn Prodrom.
Althææ radix, folia,	Althææ Dioſcorid. & Plinii *C. B.*
Alumen.	
Ammeos ſemen,	Ammeos majoris *C. B.*
Amomi ſemen,	Amomi racemoſi *C. B.* vel, Siſonis, quod amomum officinis noſtris *C. B.* ſit aromatici Tourn.
Amygdalæ amaræ, Amygdalæ dulces,	Nuclei e fructu amygdali ſativæ *C. B.*
Anethi ſemen,	Anethi hortenſis *C. B.*
Angelicæ radix ab Hiſpania, caules, folia, ſemen,	Angelicæ ſativæ *C. B.* imperatoriæ ſativæ Tourn.
Aniſi ſemen,	Aniſi herbariis *C. B.* apii, aniſi dicti, ſemine ſuaveolente Tourn.
Antimonium.	
Argentum.	
Argentum vivum.	
Ari radix,	Ari maculati maculis nigris *C. B.* ari vulgaris Gerard.
Ariſtolochiæ longæ radix,	Ariſtolochiæ longæ veræ *C. B.*
Ariſtolochiæ tenuis radix,	Ariſtolochiæ clematitidis rectæ *C. B.*
Artemiſiæ folia,	Artemiſiæ vulgaris majoris *C. B.*

Aſa

Aſa fœtida,	Succus concretus radicis *hingiſèh*, ſeu plantæ aſæ fœtidæ Kæmpf. Amœnitat. exotic.
Aſari folia,	Aſari *C. B.*
Atriplicis olidæ folia,	Atriplicis fœtidæ *C. B.* Chenopodii fœtidi Tourn.
Aurantiorum Hiſpalenſium ſuccus, & cortex,	Fructus mali aurantiæ majoris *C. B.* mali aurantiæ fructu acido.
Axungia porcina.	

B

Balauſtia,	Flores balauſtiæ flore pleno majore *C. B.*
Balſamum Copaiva.	
Balſamum Peruvianum.	
Balſamum Tolutanum.	
Bdellium.	
Becabungæ folia,	Veronicæ aquaticæ folio ſubrotundo Moriſon. Hiſtor. plant.
Benzoinum.	
Biſtortæ radix,	Biſtortæ majoris radice minus intorta *C. B.*
Bitumen Judaicum.	
Bolus Armenia.	
Bolus Gallica.	
Borax.	
Buxi lignum,	Buxi arboreſcentis *C. B.*

Caſſia fiſtularis,	Fructus caſſiæ fiſtulæ Alexandrinæ *C. B.*
Caſtoreum Ruſſicum.	
Caſumunar.	
Centaurii minoris ſummitates,	Centaurii minoris Tourn.
Cepa,	Cepa vulgaris *C. B.*
Cera alba.	
Cera flava.	
Ceruſſa.	
Chalybs.	
Chamædryos ſummitates cum ſemine,	Chamædryos vulgo veræ exiſtimatæ J. B.
Chamæmeli folia, flores,	Chamæmeli nobils, ſive leucanthemi odoratioris *C. B.*
Chamæpityos folia,	Chamæpityos luteæ vulgaris, ſive folio trifido *C. B.*
Cineres Ruſſici,	Cineres e Ruſſia advecti, quibus utuntur ſaponarii noſtri.
Cinnamomum, & oleum ejus ſtillatitium ſive eſſentiale,	Cinnamomum, ſive canella Zeilanica *C. B.* caſſia cinamomea Herman. Hort. Lugd. Bat.
Coccinella.	
Cochleariæ hortenſis folia,	Cochleariæ folio ſubrotundo *C. B.*
Colocynthidis medulla,	Fructus, cortice ſeminibusque abjectis, colocynthidis J. B,

Contrayervæ radix,	Contrayerva Hiſpanorum, ſive Drakena radix Cluſii Park.
Corallium rubrum.	
Coriandri ſemen,	Coriandri majoris *C. B.*
Cornu cervi.	
Coſtus,	Coſtus dulcis officinarum *C. B.*
Creta.	
Crocus,	Styli capillamenta florum croci ſativi *C. B.*
Cubebæ,	Cubebæ vulgares *C. B.*
Cucumis agreſtis,	Fructus cucumeris ſilveſtris, aſinini dicti *C. B.*
Cuprum.	
Curcuma,	Curcuma radice longa Herman. Hort. L. B. *maniella kua* Hort. Malabar.
Cydonia mala, eorumque ſemine,	Fructus cotoneæ mali J. B.
Cymini ſemen,	Cumini ſemine longiore *C. B.* fœniculi orientalis cumini dicti Tourn.
Cynosbati fructus,	Roſæ ſylveſtris vulgaris flore odorato incarnato *C. B.*

D.

Dauci Cretici ſemen,	Dauci foliis fœniculi tenuiſſimis *C. B.*
Dictamni Cretici folia,	Dictamni Cretici *C. B.* origani Cretici latifolii tomentoſi Tourn.

E. Ela-

E

Elatines folia.	Elatines Dioſcoridis Lobel. Adv. linariæ ſegetum nummulariæ folio villoſo Tourn.
Eleutheriæ cortex.	
Enulæ campanæ radix,	Helenii vulgaris *C. B.* aſteris omnium maximi Tourn.
Eryngii radix,	Eryngii maritimi *C. B.*

F.

Ferrum.	
Fœni Græci ſemen,	Fœni Græci ſativi *C. B.*
Fœniculi dulcis ſemen,	Fœniculi dulcis *C. B.*
Fuligo lignorum combuſtorum.	

G.

Galbanum.	
Gallæ.	
Gambogia.	
Gentianæ radix,	Gentianæ majoris luteæ *C. B.*
Gladioli lutei radix,	Iridis paluſtris luteæ, ſive acori adulterini J. B. acori vulgaris Pharmacop. Auguſt.
Glycyrrhiza,	Radix glycyrrhizæ ſiliquoſæ, vel Germanicæ *C. B.*

Granati cortex,	Fructus mali Punicæ ſativæ *C. B.*
Guaiaci lignum, cortex, gummi,	Guaiaci Americani primi fructu aceris, ſive legitimi Breyn.
Gummi Ammoniacum.	
Gummi Arabicum.	
Gummi Elemi.	

H.

Hederæ terreſtris folia,	Hederæ terreſtris vulgaris *C. B.*
Hellebori albi radix,	Hellebori albi flore ſubviridi *C. B.* veratri flore ſubviridi Tourn.
Hellebori nigri radix,	Hellebori nigri flore roſeo *C. B.*
Hordeum diſtichum,	Semen hordei diſtichi *C. B.*
Hordeum perlatum dictum.	
Hyperici folia, flores,	Hyperici vulgaris *C. B.*
Hypociſtidis ſuccus,	Succus inſpiſſatus hypociſtidis ſub ciſto *C. B.*
Hyſſopi folia,	Hyſſopi officinarum coeruleæ, ſive ſpicatæ *C. B.*

J.

Jalapii radix.	
Ipecacoanhæ radix.	
Iridis radix,	Iridis albæ Florentinæ *C. B.*
Juncus odoratus,	Juncus odoratus, ſive aromaticus *C. B.*

Juni-

Google

Juniperi baccæ,	Juniperi vulgaris fruticoſæ *C. B.*

K.

Kermes ſuccus.

L.

Labdanum,	Gummi ciſti ladaniferæ Creticæ flore purpureo Tourn. Corollar. Inſt.
Lamii albi flores,	Lamii albi non fœtentis folio oblongo *C. B.*
Lapis Bezoar orientalis.	
Lapis Calaminaris.	
Lapis Hæmitates.	
Lavendulæ flores,	Lavendulæ anguſtifoliæ *C. B.*
Lauri folia, baccæ.	Lauri vulgaris *C. B.*
Lichen cinereus terreſtris,	Lichen terreſtris cinereus Raii.
Lignum rhodium.	
Lignum tinctile Campechenſe.	
Limonum ſuccus, cortex, & eſſentia dicta,	Fructus mali limoniæ acidæ *C. B* mali limoniæ fructu acido.
Lini ſemen,	Lini ſativi *C. B.*
Lithargyrus.	
Lujulæ folia,	Oxyos albæ Ger.

M. Ma-

M.

Macis,	Macis officinarum *C. B.*
Majoranæ folia,	Majoranæ vulgaris *C. B.*
Malabathrum folium,	Folium Cinamomi ſive cannellæ Malavaricæ & Javanenſis *C. B.*
Malvæ folia, flores,	Malvæ ſylveſtris folio ſinuato *C. B.*
Manna.	
Margaritæ.	
Mari Syriaci folia,	Mari Cortuſi J. B. chamædryos maritimæ incanæ fruteſcentis foliis lanceolatis Tourn.
Mari vulgaris folia,	Sampſuci, ſive mari maſtichen redolentis *C. B.* thymbræ Hiſpanicæ majoranæ folio Tourn.
Marrubii folia,	Marrubii albi vulgaris *C. B.*
Maſtiche,	Reſina lentiſci vulgaris *C. B.*
Matricariæ folia,	Matricariæ vulgaris, ſeu ſativæ *C. B.*
Mel.	
Meliſſæ folia,	Meliſſæ hortenſis *C. B.*
Menthæ piperitidis folia,	Menthæ ſpicis brevioribus & hebetioribus, foliis menthæ fuſæ, ſapore fervido piperis Raii Synopſ.
Menthæ vulgaris folia,	Menthæ anguſtifolio ſpicatæ *C. B.*
Meum Athamanticum.	Radix mei foliis anethi *C. B.*

Mille

Millepedæ.	
Minium.	
Morum,	Fructus mori fructu nigro *C. B.*
Moſchus.	
Myrrha.	

N.

Napi ſemen,	Napi ſativæ *C. B.* napi dulcis officinarum.
Nardus Celtica,	Radix Nardi Celticæ Dioſcoridis *C. B.* valerianæ Celticæ Tourn.
Nardus Indica,	Nardus Indica, quæ ſpica, ſpica nardi, & ſpica Indica officinarum *C. B.*
Naſturtii aquatici folia,	Naſturtii aquatici ſupini *C. B.* ſiſymbrii aquatici Tourn.
Nepetæ folia,	Menthæ catariæ vulgaris & majoris *C. B.* catariæ majoris vulgaris Tourn.
Nicotianæ folia,	Nicotianæ majoris latifoliæ *C. B.*
Nitrum.	
Nux moſchata, & oleum ejus ſtillatitium ſive eſſentiale, oleumque expreſſum, macis vulgo dictum,	Nux moſchata fructu rotundo *C. B.* nux myriſtica, *pala* Rumph. Herb. Amboin.

O. Ole-

O.

Oleum olivarum,	Oleum e fructu oleæ ſativæ *C. B.*
Olibanum.	
Opobalſamum,	Reſina balſami Syriaci rutæ folio *C. B.*
Opopanax.	
Origani folia,	Origani ſilveſtris, cunilæ bubulæ Plinii *C. B.*
Oſtreorum teſtæ.	
Ovum gallinaceum.	

P.

Pæonia,	Pæonia folio nigricante ſplendido, quæ mas *C. B.* vel, Pæonia fœmina flore pleno rubro majore *C. B.*
Papaveris albi capita, ſuccus concretus ſive opium,	Papaveris hortenſis ſemine albo *C. B.*
Papaveris erratici flores,	Papaveris erratici majoris *C. B.*
Paralyſis flores,	Verbaſculi pratenſis odorati *C. B.* primulæ veris majoris Raii.
Parietariæ folia,	Parietariæ officinarum *C. B.*
Pentaphylli radix,	Quinquefolii majoris repentis *C. B.*
Peruvianus cortex.	
Petroleum Barbadenſe.	

Petroſelini Macedonici ſemen,	Apii Macedonici *C. B.*
Petroſelini vulgaris ſemen,	Apii hortenſis, ſeu petroſelini vulgo *C. B.*
Pimpinellæ ſaxifragæ radix,	Pimpinellæ ſaxifragæ minoris foliis ſanguiſorbæ Raii; tragoſelini alterius majoris Tourn. vel Pimpinellæ ſaxifragæ minoris *C. B.* tragoſelini minoris Tourn.
Piper album,	Piper nigrum maturum decorticatum.
Piper Jamaicenſe.	
Piper longum,	Piper longum orientale *C. B. cattu-tirpali* Hort. Malabar.
Piper nigrum,	Piper nigrum officinarum; *molago-codi* Hort. Malabar.
Pix arida.	
Pix Burgundica.	
Pix liquida.	
Polii ſummitates,	Polii anguſtifolii Cretici *C. B.* vel, Polii maritimi erecti Monſpeliaci *C. B.*
Pruna Gallica.	
Pruna ſilveſtria,	Fructus pruni ſilveſtris *C. B.*
Pulegii folia,	Pulegii latifolii *C B.* menthæ aquaticæ, ſeu pulegii vulgaris Tourn.

Pyre-

Pyrethri radix,	Pyretri flore bellidis *C. B.*
R.	
Raphani ruſticani radix,	Raphani ruſticani *C. B.* cochleariæ folio cubitali Tourn.
Rhabarbarum,	Rhabarbarum verum officin.
Rorismarini ſummitates, flores,	Rorismarini hortenſis anguſtiore folio *C. B.*
Roſa Damaſcena,	Roſa purpurea *C. B.*
Roſa rubra,	Roſa rubra multiplex *C. B.*
Rubia tinctorum.	
Rubi Idæi fructus,	Rubi Idæi ſpinoſi *C. B.*
Rutæ folia,	Rutæ hortenſis latifoliæ *C. B.*
S.	
Sabinæ folia,	Sabinæ folio tamariſci Dioſcoridis *C. B.*
Saccharum puriſſimum,	Saccharum bis purificatum.
Saccharum rubrum,	Saccharum nondum purificatum.
Sagapenum.	
Sal ammoniacus.	
Sal catharticus amarus.	
Sal gemmæ.	
Sal marinus.	
Salviæ folia,	Salviæ majoris *C. B.*
Sambuci flores, baccæ,	Sambuci fructu in umbella nigro *C. B.*

San-

Sanguis draconis.	
Santalum rubrum.	
Sapo durus:	Sapo durus ab Hiſpania.
Sapo mollis:	Sapo mollis communis noſtrorum ſaponariorum.
Sarcocolla.	
Sarſaparillæ radix.	
Saſſafras radix, ejuſque cortex:	Arboris ex Florida ficulneo folio *C. B.*
Scammonium.	
Scilla:	Radix ſcillæ radice alba *C. B.* vel ſcillæ vulgaris radice rubra *C. B.* ornithogali maritimi Tourn.
Scincorum ventres.	
Scordii folia:	Scordii *C. B.* chamædryos paluſtris caneſcentis Tourn.
Senæ folia:	Senæ Alexandrinæ, ſive foliis acutis *C. B.*
Serpentariæ Virginianæ radix.	
Seſelis ſemen:	Liguſtici, quod ſeſeli officinarum *C. B.*
Sevum ovillum.	
Sinapis ſemen:	Sinapis rapi folio *C. B.*
Sperma ceti dictum.	
Spinæ cervinæ baccæ:	Rhamni cathartici *C. B.*
Spiritus vinoſus rectificatus:	Spiritus deſtillatus ex vino, vel aliis liquoribus fermentatis, & ab aqua immixta, atque odore fœtido,

Terebinthina communis.	
Terra Japonica.	
Thlaſpis ſemen:	Thlaſpis arvenſis ſiliquis latis, vel, Thlaſpis arvenſis vaccariæ incano folio majoris *C. B.*
Thus:	Thus vulgare.
Thymi citrati folia:	Serpylii, foliis citri odore *C. B.*
Tiliæ flores:	Tiliæ fœminæ folio majore *C. B.*
Tormentillæ radix:	Tormentillæ ſilveſtris *C. B.*
Tragacantha:	Gummi tragacanthæ *C. B.* tragacanthæ Creticæ incanæ flore parvo lineis purpureis ſtriato Tourn.
Trichomanis folia:	Trichomanis, ſive polytrichi officinarum *C. B.*
Trifolii paludoſi folia:	Trifolii paluſtris *C. B.*
Tritici farina, & amylum.	
Tutia.	

V

Valerianæ ſilveſtris radix:	Valerianæ ſilveſtris majoris montanæ *C. B.* valerianæ ſilveſtris majoris foliis anguſtioribus Moriſon. Plant. umbellif.
Vinum album:	Vinum Hiſpanicum montanum.

Vinum Canarinum.	
Vinum Rhenanum.	
Vinum rubrum:	Vinum rubrum Luſitanicum.
Viola:	Flos violæ martiæ purpureæ, flore ſimplici odore *C. B.*
Vipera.	
Vitriolum album.	
Vitriolum cœruleum.	
Vitriolum viride,	Vitriolum viride Anglicum.
Uvæ paſſæ:	Uvæ paſſæ majores.

Z

Zedoaria:	Zedoaria longa *C. B.* vel Zedoaria rotunda *C. B.*
Zingiber ejusque conditura:	Zingiber *C. B. inſchi* vel *inſchi kua* Hort. Malabar.

PRÆPARATIONES
SIMPLICIORES

TERREORUM,
aliorumque, quæ aqua non diſſolvuntur, corporum præparatio.

Primum pulverentur hæc corpora in mortario, deinde lævigentur in pulverem ſubtiliſſimum ſuper marmore expolito & duro cum paulula aqua, poſtea exſiccentur ſuper lapidem cretaceum, deinde in loco tepido ſeponantur, vel ſaltem probe ſicco, per aliquot dies.

Hoc

Hoc modo in pulverem redigenda ſunt

- Ærugo,
- Antimonium,
- Chelarum cancrorum apices,
- Corallium,
- Creta,
- Lapis bezoar, qui inter lævigandum ſpiritu vinoſo humectetur,
- Lapis calaminaris ab iis, qui orichalcum conficiunt, calcinatus,
- Lapis hæmatites,
- Margaritæ,
- Oculi dicti cancrorum,
- Oſtreorum teſtæ a ſordibus prius purgatæ,
- Ovorum teſtæ, membrana adhærente prius coquendo ſeparata,
- Succinum,
- Tutia.

In antimonio, lapide calaminari, & tutia cura ſingularis adhiberi debet, quo in pulverem quam maxime ſubtilem redigantur.

AXUNGIÆ PORCINÆ,
SEVI que OVILLI curatio.

In fruſtula conciſa leni igne liquentur, paulula aqua adjecta; deinde colando a membranis ſeparentur.

AXUNGIÆ VIPERINÆ curatio.

Adipem ab inteſtinis ſeparatum lento igne liqua; deinde per linteum tenue exprimendo cola.

MELLIS DESPUMATIO.

Mel balneo liquefac, & ſpuma emergens auferatur.

SCILLÆ COCTIO.

Scillam, cortice exteriori detracto, parteque duriori, cui radiculæ adhærent, abjecta, farina tritici ſubacta involve, & in clibano coque, donec farina probe ſiccata ſit, & ſcilla undique fiat tenera.

SCILLÆ EXSICCATIO.

Scillam, ablato externo cortice, transverſim in taleolas tenues ſeca, & leniſſimo calore exſicca.

RHABARBARI ET NUCIS MOSCHATÆ torrefactio.

Torreantur leni calore, donec reddantur facile friabiles.

SPONGIÆ USTIO.

Spongiam ure in vaſe fictili clauſo, donec nigreſcat, & friabilis fiat; deinde mortario vitreo vel marmoreo in pulverem redige.

CORNU CERVI CALCINATIO.

Cornu cervini fruſta urantur in furno figulorum, donec penitus albeſcant; deinde redigantur in pulverem eodem modo, quo cætera corpora terrea.

PULPARUM EXTRACTIO.

Fructus pulpoſi, ſi immaturi ſint, vel maturi & ſicci, coquantur paulula aqua, ut molleſcant; deinde pulpam per cribrum ſetaceum exprime; poſtea in vaſe fictili coque lento igne crebro

crebro agitans, ne aduratur, donec debitam ſpiſſitudinem habeat.

Item caſiæ fiſtularis pulpa ex ſiliqua contuſa excoquenda eſt, deinde aquam evaporando ad idoneam ſpiſſitudinem reducenda.

Fructuum maturorum & recentium pulpæ per cribrum exprimantur, nulla coctione præmiſſa.

STYRACIS COLATIO.

Styracem calamiten coque in aqua, donec molleſcat; deinde prelo exprimatur inter laminas ferreas tepefactas, & ſtyrax purificatus ab aqua ſeparetur.

OPIUM COLATUM,
vel
Extractum Trebaicum.

℞. Opii in fruſtula conciſi P. libram unam; diſſolve in pulpam in aquæ bullientis menſura libræ unius, caute evitans empyreuma; & dum adhuc calet, forti expreſſione per pannum linteum fæces ſeparentur; denique balnei, vel alio leni calore opium colatum ad priſtinam craſſitudinem reducatur.

Opium paulula aqua ita emollitum per colum tranſit integrum, ſolis fæcibus relictis; ſin autem multa aqua diſſolvatur, pars reſinoſa a gummoſa ſeparabitur.

EODEM modo purificantur reliqua gummi, ammoniacum, aſa fœtida, galbanum, & alia. Sed major aquæ copia ſine damno adhiberi poteſt. Si reſinoſa pars ſubſideat, eximatur, & circa finem inſpiſſationis denuo adjiciatur, ut

cum reliquis gummi partibus in unam maſſam coëat.

Gummi quodvis facile liqueſcens, quale eſt galbanum, etiam purificari poteſt immittendo in veſicam bubulam, tenendoque in aqua bulliente, donec adeo molle fiat, ut per pannum cannabinum a ſordibus prelo exprimatur.

MILLEPEDARUM PRÆPARATIO.

Millepedæ panno cannabino rariori incluſæ ſuſpendantur in vaſe clauſo ſuper ſpiritum vinoſum calefactum, ut a vapore necatæ friabiles reddantur.

CONSERVÆ.

CONSERVÆ

Foliorum Cochleariæ hortenſis,
Lujulæ,
Menthæ vulgaris,
Rutæ,
Summitatum Abſinthii maritimi,
Florum Lavendulæ,
Malvæ,
Roriſmarini,
Roſarum rubrarum immaturarum,
Flavedinis Corticum aurantiorum Hiſpalenſium.

Folia ex pediculis, floresque ex calycibus decerpe, flavedinem corticum aurantiorum radula abrade; tum ſingula piſtillo ligneo contunde in mortario marmoreo, primum per ſe, dein-

deinde cum ſacchari puriſſimi triplo pondere, donec optime miſceantur.

CONSERVA FRUCTUS CYNOSBATI.

℞. Pulpæ fructus cynosbati maturi p. libram unam,

Sacchari puriſſimi p. uncias viginti.

Misceantur, ut fiat conſerva.

CONSERVA PRUNORUM SILVESTRIUM.

Pruna in aquam immiſſa ſuper ignem impone, ut molleſcant, cautione adhibita, ne rumpantur; dein, exemptis ex aqua prunis, pulpam exprime, & triplo pondere ſacchari puriſſimi miſce.

CONDITA.

RADIX ERYNGII CONDITA.

Radices coque, donec cortex facile auferri poſſit; tum, eo ablato, per medium ſcindantur radices, &, medulla exempta, ter quaterve aqua frigida abluantur: deinde in ſingulas radicum libras accipe ſacchari puriſſimi libras duas; quod aqua liquatum igni impone, &, cum primum bullire incipit, injice radices, & coque, donec tenereſcant.

EODEM modo condiuntur Angelicæ caules.

CORTEX AURANTIORUM CONDITUS.

Cortices aurantiorum Hiſpalenſium recentes in aqua ſæpius mutata macera, ut amaritudinem dimittant; tum coque cum ſaccharo

 puris-

puriſſimo aqua liquato, donec teneri & pellucidi fiant.

EODEM modo condiuntur Limonum cortices.

SUCCI.

SUCCI SCORBUTICI.

℞. Succi Cochleariæ hortenſis M. libras duas,
Becabungæ,
Naſturtii aquatici, ſingulorum M. libram unam,
Aurantiorum Hiſpalenſium M. uncias viginti.

MISCE, &, poſtquam fæces ſubſederint, effunde, vel cola.

ROB BACCARUM SAMBUCI.

SUCCUS baccarum ſambuci defæcatus leni igne inſpiſſetur.

ELATERIUM.

CUCUMERES agreſtes maturos ſcinde, & ſuccum leviſſime expreſſum trajice per ſetaceum tenuiſſimum in vas vitreatum; deinde per aliquot horas ſepone, donec craſſiorem partem depoſuerit. Pars tenuior ſupernatans effundatur vaſis inclinatione, &, quod reliquum erit, filtrando ſeparetur. Craſſiorem vero partem, quæ reſtat, panno linteo coopertam ſoli, vel alii ſeni calori expone, donec exaruerit.

EX-

EXTRACTA,

ET

RESINÆ.

EXTRACTA.

Radicum Enulæ campanæ,
Gentianæ,
Hellebori nigri;
Foliorum Rutæ,
Sabinæ.

In aqua coque, exprimendo cola, & ſepone, ut fæces ſubſideant; deinde in pilularum craſſitudinem decoque, circa finem caute evitato empyreumate.

EXTRACTUM GLYCYRRHIZÆ.

Glycyrrhizam recentem in aqua leviter coque, aquam exprimendo cola, & poſtquam fæces ſubſederint, decoque, donec digitis non cohæreſcat, circa finem caute evitato empyreumate.

EXTRACTUM LIGNI CAMPECHENSIS.

℞. Ligni tinctilis Campechenſis in pulverem redacti p. libram unam.

Coque quater, vel ſæpius, in aquæ congio uno ad dimidium; deinde liquores ſimul mixti & colati in juſtam craſſitudinem decoquantur.

EXTRACTUM CORTICIS PERUVIANI, Molle et Durum.

℞. Cor-

℞. Corticis Peruviani in pulverem redacti P. libram unam,

Aquæ M. libras decem vel duodecim.

Coque per unam aut alteram horam, & liquorem effunde, qui tunc ruber erit & pellucebit; cum friget vero, flaveſcet, & turbidus fiet; eadem aquæ menſura iterum affuſa, denuo coque, ut prius, coctionem repetens, donec liquor frigefactus maneat limpidus: deinde liquores hi omnes mixti & colati ad juſtam craſſitudinem ſuper ignem leniſſimum vaporent, caute evitato empyreumate.

Hoc extractum ſub duplici forma præparandum eſt; molliori ad pilulas formandas apta, & duriori, quæ in pulverem teri poſſit.

EXTRACTUM LIGNI GUAIACI,
Molle et Durum.

℞. Ligni guaiaci raſi P. libram unam.

Coque quater, vel ſæpius, in aquæ congio uno ad dimidium; liquores colati coquendo inſpiſſentur; cum vero aqua fere tota exhalaverit, addendum eſt paululum ſpiritus vinoſi rectificati, quo extractum in maſſam uniformem & tenacem reducatur.

Hoc etiam extractum ſub duplici forma, molliori, & duriori, præparandum eſt.

EXTRACTUM JALAPII.

Radici jalapii in pulverem redactæ affunde ſpiritum vinoſum rectificatum, debitoque calore extrahatur tinctura; & reſiduum aliquoties in aqua coque: ſpiritum ex tinctura priori colata ab-

abſtrahe, donec ſpiſſari incipiat; item aquas colatas coque ad ſimilem craſſitudinem; deinde extracta miſce, & leni igne in pilularum ſpiſſitudinem redige.

EXTRACTUM CATHARTICUM.

℞. Aloës Socotorinæ P. ſeſcunciam.
Medullæ colocynthidis P. drachmas ſex,
Scammonii,
Seminum cardamomi minoris decorticatorum, ſingulorum P. unciam dimidiam,
Spiritus vinoſi tenuioris M. libram unam.

Colocynthidi minutim inciſæ, ſeminibusque contuſis affuſo ſpiritu vinoſo, leni calore per quatriduum macera; tincturæ expreſſæ adde aloën & ſcammonium ſeparatim in pulverem redacta; his ſolutis, ſpiritum abſtrahe, & maſſam redige in pilularum craſſitudinem.

GUMMI ET RESINA ALOES.

℞. Aloës Socotorinæ P. uncias quatuor,
Aquæ M. libras duas.

Coque, donec aloë, quantum fieri poteſt, ſoluta fuerit, & ſepone per noctem; reſina ad vaſis fundum præcipitabitur; liquor ſupernatans, ſi opus, colatus, admoto igne, vaporando conſumatur, ut relinquatur gummi.

NOTA.

Si extracti conficiendi major ſit copia, balnei calore commodiſſime ſpiſſatur.

Omnia vero extracta aquoſa paululo ſpiritu vinoſo irrorentur, ne ſitum contrahant.

OLEA

OLEA
PER
EXPRESSIONEM.

OLEUM AMYGDALINUM.

Amygdalæ, vel dulces vel amaræ, recenſes in mortario lapideo terantur; deinde prelo, ſed non calefacto, exprimatur oleum.

Eodem modo exprimendum eſt oleum ex ſeminibus Lini, & Sinapis.

OLEA
PER
DISTILLATIONEM.

OLEA ESSENTIALIA.

Ex Radice Saſſafras;
Ex Ligno Rhodio;
Ex Foliis Abſinthii,
Majoranæ,
Menthæ piperitidis,
vulgaris,
Origani,
Pulegii,
Rorismarini,
Rutæ,
Sabinæ;
Ex Floribus Chamæmeli,
Lavendulæ;

Ex

Ex Seminibus Anethi,
Aniſi,
Carvi,
Cymini;
Ex Baccis Juniperi;
Ex Aromatibus,
Caryophyllis aromaticis,
Nuce moſchata, & aliis.

Hæc olea eliciuntur diſtillatione ex alembico cum vaſe frigidario ſatis amplo. Ad præcavendum autem empyreuma, materiæ addenda eſt aqua, in qua etiam maceranda eſt antę diſtillationem. Oleum una cum aqua egreditur, & vel innatat, vel fundum petit, prout levius vel ponderoſius eſt.

OLEUM BUXI.

Buxi fragmenta in retorta igne arenæ gradatim aucto diſtilla; cum ſpiritu acido prodibit oleum infundibulo a ſpiritu ſeparandum.

OLEUM LATERITIUM.

Lateres candefactos oleo olivarum immerge, donec omne oleum imbiberint; tum exemptos confringe, ut in retortam immittantur; &, igne arenæ gradatim aucto, prodibit oleum cum ſpiritu, qui ſeparandus eſt.

OLEUM PETROLEI BARBADENSIS.

Petroleum Barbadenſe diſtilletur igne arenæ, & oleum cum ſpiritu aſcendet.

OLEUM TEREBINTHINÆ.

Terebinthina cum aqua diſtilletur ex veſica cuprea, ut olea vegetabilium eſſentialia.

Post

Post diſtillationem remanet in veſica Reſina flava.

Hoc oleum ſæpe, quamvis improprie, Spiritus terebinthinæ vocatur.

OLEUM TEREBINTHINÆ ÆTHEREUM, ET BALSAMUM.

Oleum terebinthinæ diſtilletur ex retorta leniſſimo igne, donec, quod reſtat, balſami, craſſitudinem acquiſiverit.

Balsamum terebinthinæ etiam diſtillari poteſt ex reſina, flava, unde, poſt oleum tenuius, quod ſeparatim auferri debet, prodibit balſamum craſſum, remanente in fundo retortæ Reſina nigra vel Colophonia.

OLEUM COPAIVÆ COMPOSITUM.

℞. Balſami copaivæ P. libras duas,
Gummi guaiaci P. uncias quatuor.

Distillatione ex retorta eliciatur M. libra una.

SALES ET SALINA.

NITRUM PURIFICATUM.

Nitrum in aqua coquatur, liquor per chartam coletur, deinde, poſt idoneam exhalationem ſeponatur in loco frigido, ut nitrum in cryſtallos concreſcat.

EODEM modo purificatur Sal ammoniacum.

ALUMEN USTUM.

Alumen in vaſe fictili vel ferreo calcinetur, quamdiu effervesſcit ac tumet.

VI.

VITRIOLUM CALCINATUM.

Vitriolum viride in vaſe fictili igne aperto calcinetur, donec probe exſiccatum fuerit; deinde fracto vaſe eximatur, & ſervetur ad uſum in vaſe bene clauſo. Vitriolum optime calcinatur, ſi in fundo, & ad vaſis latera rubeſcat.

SAL ABSINTHII.

Absinthii cremati cinis in olla ferrea, vel quovis vaſe commodo, igne ſuppoſito, per horas aliquot bene incandeſcat; move ſubinde, ut omne oleum exuratur; tum in aqua coquatur, & aqua per chartam colata evaporetur, ut ſal ſiccus remaneat, qui reponatur in vaſe optime clauſo.

EODEM modo paratur ſal alkalinus fixus ex aliis vegetabilibus, unde hic ſal educi poteſt.

SAL TARTARI.

Tartarum cujuscunque ſpeciei, vel charta emporetica madida involutum, vel vaſe idoneo incluſum, igni committatur, ut oleum omne exuratur; deinde coquendo in aqna ſal elicitur, ut prius.

LIXIVIUM TARTARI.

Tartarum ad albitudinem calcinatum reponatur in loco humido, ut liqueſcat.

TARTARUM SOLUBILE.

℞. Salis cujusvis alkalini fixi p. libram unam
Aquæ congium unum.

Sali in aqua bulliente ſoluto tartari cryſtallos gradatim injice, quamdiu effervеſcentiam exci-

tant; quæ fere ceſſat, antequam triplum ſalis alkalini pondus ſit injectum: deinde liquorem per chartam cola, & poſt idoneam exhalationem ſepone, ut cryſtalli formentur; vel aquam penitus excoque, ut maſſa ſalina relinquatur.

LIXIVIUM SAPONARIUM.

℞. Cinerum Ruſſicorum,
Calcis vivæ, pondera æqualia.

Calce & cineribus aquam inſtilla, donec calx extincta ſit; tum, aqua largius affuſa, bene peragita, ut cinerum ſalſedo liqueſcat; deinde quieſcere permitte, & liquorem, ſi opus ſit, per chartam colatum in aliud vas transfunde. Hujus liquoris menſura libralis cautiſſime examinata uncias ſedecim pendere oportet. Si ponderoſior ſit; quot drachmis hoc pondus excedat, totidem p. ſeſcunciæ aquæ in ſingulas menſuras librales addendæ ſunt: ſin vero ſit levior, liquor decoquendus eſt, donec totidem ſeſcunciæ ſint conſumtæ, vel calci cineribusque recentibus denuo affundendus.

SAPO AMYGDALINUS.

℞. Olei amygdalini recens expreſſi quantum libuerit,
Lixivii ſaponarii jam dicti triplicem menſuram.

Digerantur ſimul tanto calore, quo parum aut vix ebulliant, & intra paucas horas coibunt; deinde liquor aliquantulum coctus pellucidior & mucilaginoſus fiet, qui gelatinæ inſtar frigefactus concreſcet; tum ſalem marinum injice, dum liquor ebulliens non amplius ſit mucilagino-

ginoſus, & coctio continuetur, donec, guttis liquoris in tegulam demiſſis, aquam a ſapone coagulato prompte ſecedere compertum ſit; poſtea remove ignem, & ſapo gradatim ſupernatabit, qui, antequam frigeſcat, auferri & in formam ligneam, cui pannus ſit pro fundo, immitti debet: tandem exemptus ſeponatus, ut juſtam craſſitiem acquirat.

EODEM modo ex oleo alivarum ſapo confici poteſt, puriſſimum autem oleum adhibendum eſt, ut ſapo tum palato, tum ventriculo quam minime ingratus ſit.

CAUSTICUM COMMUNE fortius.

LIXIVIUM ſaponarium ſupra dictum coque ad partem quartam; deinde calcem vivam, quæ in pulverem trita, cribrata, & vaſe vitreo ſubere obturato aſſervata fuerit ad plures menſes, huic lixivio, dum adhuc ebullit, inſperge, donec omnem liquorem abſorpſerit, ut fiat paſta, quæ vaſe optime clauſo ſervari debet.

CAUSTICUM COMMUNE mitius.

℞. Saponis mollis,
Calcis vivæ recentis, pondera æqualia.
Usus tempore probe miſceantur.

ACETUM DISTILLATUM, vel SPIRITUS ACETI.

ACETUM diſtilletur leni calore, quamdiu guttæ cadunt ab empyreumate puræ.

Si aliqua pars ſpiritus primum prodeuntis abjiciatur, ſpiritus aſſervatus fortior erit.

SAL DIURETICUS.

℞. Salis cujuscunque alkalini fixi p. libram unam.

Coquatur leniſſimo igne in aceti diſtillati quadruplo, vel quintuplo; fermentatione ceſſante, plus aceti diſtillati diverſis vicibus adjiciatur, donec, priore aceto fere vaporando abſumto, novum acetum additum nullam moveat fermentationem; quod fiet conſumto aceti diſtillati quaſi pondere librarum viginti; poſtea lente exſiccetur. Relinquetur ſal impurus, qui leni igne aliquantiſper, ſed non nimis diu, liquefiat; deinde aqua ſolvatur, & per chartam coletur. Si liquefactio rite peracta ſit, liquor colatus limpidus erit & aquei coloris; ſin aliter, coloris fuſci. Denique leniſſimo igne vaporet hic liquor ex vaſe vitreo minime profundo, ſale, dum areſcit, ſubinde moto, ut citius ad ſiccitatem perducatur; qui vaſe optime clauſo aſſervari debet, ne ex aëre liqueſcat.

Salem candidiſſimum eſſe oportet, totumque tum aqua, tum ſpiritu vinoſo diſſolvi, nullis fæcibus relictis. Si ſal, etiamſi albus ſit, in ſpiritu vinoſo fæces aliquas depoſuerit; eo ſpiritu ſolutus per chartam colandus eſt, iterumque exſiccandus.

SPIRITUS VITRIOLI
tenuis & fortis
atque
COLCOTHAR.

Vitriolum calcinatum in vaſis terreis igne reverberii per triduum diſtilla. Liquore ſtillatitio

tio retortæ vitreæ indito, & calore arenæ diſtillato, aſcendet ſpiritus tenuis; & in rétorta remanebit ſpiritus fortis, qui vulgo oleum vitrioli, quamvis improprie, dicitur.

Quod reſtat in vaſis terreis poſt primam diſtillationem, colcothar vitrioli vocatur.

SPIRITUS NITRI
Glauberi.

℞. Nitri P. libras tres,
Spiritus vitrioli fortis P. libram unam.

CAUTE & gradatim ſub camino miſceantur; poſtea fiat diſtillatio igne primum leni, deinde fortiori.

SPIRITUS SALIS MARINI
Glauberi.

℞. Salis marini,
Spiritus vitrioli fortis, ſingulorum P. libras duas,
Aquæ M. libram unam.

SALI adde gradatim ſub camino ſpiritum vitrioli aqua prius mixtum; tum diſtillatio fiat primum leni igne, deinde fortiori.

AQUA FORTIS.

℞. Nitri,
Vitrioli viridis non calcinati, ſingulorum P. libras tres,
Vitrioli ejuſdem calcinati P. ſeſquilibram.

PROBE miſce, & igne fortiſſimo fiat diſtillatio, quamdiu vapor ruber exit.

AQUA FORTIS COMPOSITA.

℞. Aquæ fortis P. uncias ſedecim,
Salis marini P. drachmam unam.
DISTILLA ad ſiccitatem.

SAL VITRIOLI.

℞. Vitrioli albi P. libram unam,
Spiritus vitrioli fortis P. unciam unam,
Aquæ quantum ſatis ſit.

VITRIOLUM coquendo ſolve, per chartam cola, & poſt idoneam exhalationem in loco frigido ſepone, ut cryſtalli formentur.

TARTARUM VITRIOLATUM.

℞. Vitrioli viridis P. uncias octo,
Aquæ M. libras quatuor.

VITRIOLO in aqua bulliente ſoluto injice ſalem tartari, vel alium alkalinum fixum donec omnis effervеſcentia ceſſet; quod fere fit, injecto ſalis pondere unciarum quatuor, vel aliquanto amplius: deinde per chartam cola, & poſt idoneam exhalationem ſepone, ut cryſtalli formentur.

NITRIUM VITRIOLATUM.

RESIDUUM poſt diſtillationem ſpiritus nitri Glauberi ſolve aqua calida, per chartam cola, & ſalem in cryſtallos redige.

SAL CATHARTICUS
Glauberi.

RESIDUUM poſt diſtillationem ſpiritus ſalis marini Glauberi ſolve aqua calida, per chartam cola, & ſalem in cryſtallos redige.

SPI-

SPIRITUS SALIS MARINI
coagulatus.

Spiritui ſalis marini Glauberi inſtilla lixivium ſalis cujusvis alkalini fixi, donec omnis effervefcentia ceſſet; deinde mixtura vaporet ad ſiccitatem.

SPIRITUS VITRIOLI
dulcis.

℞. Spiritus vitrioli fortis, olei dicti, P. libram unam,
Spiritus vinoſi rectificati M. libram unam.

Caute & paulatim miſceantur, leniſſimoque igne diſtillentur, donec ſpuma nigra incipiat ſe attollere: tum ſtatim omnia ab igne amoveantur, ne hæc ſpuma in recipiens tranſeat, omnemque laborem reddat irritum.

SPIRITUS NITRI
dulcis.

℞. Spiritus vinoſi rectificati M. libras duas,
Spiritus nitri Glauberi P. libram dimidiam.

Misce infundendo nitri ſpiritum alteri, & diſtilla leni calore, quamdiu, quod prodit, fermentationem cum ſale lixivioſo non ſuſcitat.

SPIRITUS SULPHURIS
per campanam.

Incendatur ſulphur ſub vaſe vitreo ad huncuſum accommodato, quod campana appellatur, & ſpiritus acidus diſtillet in vas vitreum ſubjectum.

SPIRITUS, SAL, ET OLEUM SUCCINI.

Succinum diſtilletur igne arenæ gradatim aucto: aſcendent ſpiritus, oleum & ſal oleo inquinatus.

Oleum iterum per ſe diſtillando dividetur in oleum tenuius, quod aſcendet; & in partem craſſiorem remanentem, Balſamum ſuccini dictam.

Sal coquendus eſt in ſpiritu proprio, vel in aqua, & ſeponendus ad cryſtallos formandas: ita ab oleo adhærente mundabitur. Et quo ſæpius hoc fit, eo purior erit.

SPIRITUS, SAL, ET OLEUM CORNU CERVI.

Ex cornu cervini fragmentis fiat diſtillatio, igne gradatim ad ſummum fere aucto; aſcendent ſpiritus, ſal, & oleum.

Si, oleo ſeparato, ſpiritus & ſal ſimul mixti iterum leniſſimo calore diſtillentur, ambo puriores aſcendent. Si hoc caute aliquoties repetatur, ſal fiet candidiſſimus, & ſpiritus inſtar aquæ limpidus, gratique odoris.

Sal a ſpiritu ſeparatus, & ſublimatus primum ex æquali pondere cretæ puriſſimæ, deinde ex paululo ſpiritu vinoſo rectificato, citius fit purus.

Cornu cervi calcinatum plerumque conficitur urendo cornua poſt hanc diſtillationem relicta.

EO-

EODEM modo ſpiritus, ſal, & oleum extrahi poſſunt ex partibus quibusvis quorumcunque animalium.

SPIRITUS, SAL, ET OLEUM FULIGINIS.

Ex ligni fuligine diſtillatio fiat, ut ex cornu cervi: majore autem labore opus eſt, ut ſpiritus & ſal reddantur puri.

SAL VOLATILIS SALIS AMMONIACI.

℞. Cretæ puriſſimæ P. libras duas,
Salis ammoniaci P. libram unam.
SUBLIMA ex retorta igne forti.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI.

℞. Salis alicujus alkalini fixi P. ſeſquilibram,
Salis ammoniaci P. libram unam,
Aquæ M. libras quatuor.

DISTILLATIONE eliciatur leni igne menſura librarum duarum.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI dulcis.

℞. Salis alicujus alkalini fixi P. libram dimidiam,
Salis ammoniaci P. uncias quatuor,
Spiritus vinoſi tenuioris M. libras tres.

DISTILLATIONE eliciatur leni igne menſura ſeſquilibræ.

SPIRITUS VOLATILIS fœtidus.

℞. Salis cujusvis alkalini fixi P. ſeſquilibram,

Salis ammoniaci P. libram unam,
Aſæ fœtidæ P. uncias quatuor,
Spiritus vinoſi tenuioris M. libras ſex.

Distillatione eliciatur leni calore menſura librarum quinque.

SPIRITUS VOLATILIS aromaticus.

℞. Eſſentiæ limonum,
Olei nucis moſchatæ eſſentialis, ſingulorum P. drachmas duas,
Olei caryophyllorum aromaticorum eſſentialis P. drachmam dimidiam,
Spiritus ſalis ammoniaci dulcis M. libras duas.

Distilla igne leniſſimo.

RESINOSA, ET SULPHUREA.

FLORES BENZOINI.

Benzoinum in pulverem tritum ollæ figulinæ in arena locatæ immittatur, & leni calore flores ſublimentur in conum chartaceum ollæ adaptatum.

Vel benzoinum retortæ immittatur, & leni igne flores in retortæ collum aſcendent.

Flores flavedine inquinati terra Cimolia alba mixti denuo ſublimentur.

FLO-

FLORES SULPHURIS.

Sublimetur ſulphur ex vaſe idoneo; & flores, qui concreſcant, reducantur in pulverem mola lignea, vel ligneo piſtillo in mortario marmoreo.

FLORES SULPHURIS loti.

Floribus ſulphuris affundatur aqua ad altitudinem quatuor digitorum ſupra flores, & coquantur aliquamdiu; deinde hanc aquam effunde, & frigida affuſa, penitus ablue; denique flores ſiccentur ad uſum.

BALSAMUM SULPHURIS ſimplex.

Flores ſulphuris cum quadruplo olei olivarum pondere coquantur in olla leviter tecta, donec coëant in balſami craſſitudinem.

Eodem modo cum petroleo Barbadenſi fit balſamum ſulphuris Barbadenſe.

SULPHUR PRÆCIPITATUM.

Flores ſulphuris cum triplo calcis vivæ pondere coquantur in aqua ad ſolutionem ſulphuris, & liquor per chartam coletur; deinde, ſpiritu vitrioli tenui addito, præcipitabitur pulvis, qui ſæpius affuſa aqua lavandus eſt, donec omnino inſipidus fiat.

AQUA SULPHURATA.

℞. Aquæ M. libras duas,
Sulphuris P. libram dimidiam.

Sul-

Sulphuris portio aliqua in cochleari ferreo incenſa ſuſpendatur ſuper aquam in vaſe clauſo; &, fumo reſidente, idem toties repetatur, donec totum ſulphur ſit conſumtum.

METALLICA.

CHALYBIS RUBIGO
præparata.

Limatura chalybis aëri expoſita humectetur ſæpius aceto, vel aqua, donec in rubiginem convertatur; deinde tere in mortario, & affuſa aqua pulverem ſubtiliſſimum ablue: reſiduum vero, quod modico tritu in pulverem facile abluendum non redigitur, humectatum aëri diutius expone; & denuo in mortario tritum ablue, ut prius; pulvis ablutus ſiccandus eſt, & aſſervandus.

CHALYBS CUM SULPHURE
præparatus.

Chalybs igne acerrimo excandefactus bacillo ſulphuris admoveatur, ut liqueſcat, & guttatim in aquam ſuppoſitam decidat; deinde ſeparetur a ſulphure ſimul in aquam defluente, & in pulverem ſubtiliſſimum redigatur.

FLORES MARTIALES.

℞. Colcotharis vitrioli viridis loti, vel limaturæ ferri p. libram unam,
Salis ammoniaci p. libras duas.

Mix-

Mixta ſublimentur ex retorta, &, quod in retortæ fundo reſtat, cum floribus ſimul terendo miſce, iterumque ſublima, ut flores colorem pulchre flaveſcentem acquirant.

Residuo tandem addere licet ſalis ammoniaci p. libram dimidiam, & ſublimationem denuo inſtituere; idemque repetere, quamdiu flores bene colorati ſunt.

LIXIVIUM MARTIS.

Residuum poſt florum martialium ſublimationem loco humido ſeponatur, & liquor defluens ſervetur ad uſum.

SAL MARTIS.

℞. Spiritus vitrioli fortis, olei dicti, p. unc. octo
Limaturæ ferri p. uncias quatuor,
Aquæ m. libras duas.

Misce, &, ceſſante ebullitione, ſtet mixtura aliquamdiu ſuper arenam calidam; deinde liquorem effuſum per chartam cola, & poſt idoneam exhalationem ſepone, ut cryſtalli formentur.

CAUSTICUM LUNARE.

Argentum puro duplo circiter pondere aquæ fortis ſuper arenam calidam ſolve; deinde, calore leniter aucto, exſicca; poſtea in crucibulo liquefac, ut in formas idoneas effundatur, caute evitato nimio igne, ne materia ultra modum craſſeſcat.

SACCHARUM SATURNI.

Coque ceruſſam in aceto diſtillato, vaſe plumbeo, donec acetum ſatis dulceſcat; deinde ace-

acetum per chartam cola, & poſt idoneam exhalationem ſepone, ut cryſtalli formentur.

LAPIS MEDICAMENTOSUS.

℞. Aluminis,
Lythargyri,
Boli Armeniæ, aut Gallicæ, ſingulorum p. libram dimidiam,
Colcotharis vitrioli viridis p. uncias tres,
Aceti m. uncias quatuor.
Misce, & exſicca, donec indureſcat.

STANNUM PULVERATUM.

Stannum liquefactum in pixidem effundatur ligneam intus cretatam, qua celeriter ſuccuſſa reducetur pars ſtanni in pulverem: reliquum iterum liquefactum eodem modo tractetur, donec totum in pulverem ſit redactum.

ARGENTI VIVI purificatio.

Distilla e retorta; deinde ſordes aqua ſalſa vel aceto ablue.

AURUM MUSIVUM.

℞. Stanni p. libram unam,
Florum Sulphuris p. uncias ſeptem,
Salis ammoniaci,
Argenti vivi purificati, ſingulorum p. libram dimidiam.

Stanno liquefacto adde argentum vivum, poſtquam mixtura refrixerit, in pulverem redigatur, ſulphuri ſalique ammoniaco bene miſceatur,

tur, & ſublimatio fiat in matracio: invenietur aurum muſivum ſub materia ſublimata, cum ſordibus quibusdam in fundo.

ÆTHIOPS MINERALIS.

℞. Argenti vivi purificati,
Florum ſulphuris illotorum, pondera æqualia.

Terantur ſimul in mortario vitreo, vel lapideo, donec unitas facta ſit.

CINNABARIS FACTITIA.

℞. Argenti vivi purificati p. uncias viginti quinque,
Sulphuris p. uncias ſeptem.

Sulphuri liquefacto argentum vivum immiſce, &, ſi mixtura flammam concipiat, extinguatur vas tegendo; deinde in pulverem redigatur materia, & fiat ſublimatio.

MERCURIUS CORROSIVUS ſublimatus, vel albus.

℞. Argenti vivi purificati p. uncias quadraginta,
Salis marini p. uncias triginta tres,
Nitri p. uncias viginti octo,
Vitrioli viridis calcinati p. uncias ſexaginta ſex.

Argentum vivum in vaſe ligneo vel lapideo uncia aut amplius, mercurii ſublimati corroſivi jam confecti miſceatur, dum in grana minuta fractum ſit; deinde cum nitro teratur, poſtea cum ſale marino, donec argentum vivum omnino apparere deſinat; tum addatur vitriolum calcinatum, quocum mixtura non nimis diu conterenda eſt, ne argentum vivum ite-

iterum confluat : denique ſublimatio fiat in matracio vitreo, cui, ſi placet, capitellum aptes, ut ſpiritus, qui parva quantitate prodit, ſervetur.

MERCURIUS DULCIS ſublimatus.

℞. Mercurii corroſivi ſublimati P. libram unam,
Argenti vivi purificati P. uncias novem.

Mercurio ſublimato trito adde argentum vivum in matracio vitreo, & digerantur leni arenæ calore, vitro ſæpe agitato, donec coëant, deinde aucto calore, fiat ſublimatio: materia ſublimata, abjecta parte ſuperiori acri, & globulis argenti vivi, ſi qui forte appareant, in pulverem redigatur, iterumque ſublimetur; quæ ſublimatio ſexies repetenda eſt.

MERCURIUS CALCINATUS.

Argentum vivum purificatum ponatur ſuper ignem arenæ per plures menſes in vaſe vitreo, latum fundum parvumque foramen aëri patens habente, donec in pulverem rubrum calcinetur.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS albus.

℞. Salis ammoniaci,
Mercurii corroſivi ſublimati, pondera æqualia.

Solve ſimul in aqua, per chartam cola, & ſolutione ſalis alicujus alkalini fixi præcipita; pulverem præcipitatum ablue ad perfectam dulcedinem.

MER-

MERCURIUS CORROSIVUS ruber.

℞. Argenti vivi purificati,
Aquæ fortis compoſitæ, pondera æqualia.

Mixta in vaſe lati fundi incaleſcant igne arenæ, donec exſiccata maſſa rubicundum colorem acquiſiverit.

MERCURIUS CORALLINUS.

Mercurio corroſivo rubro affunde triplum circiter pondus ſpiritus vinoſi rectificati, & leni calore digere per duos vel tres dies, vas ſæpe ſuccutiens; deinde ſpiritum accende, aſſidue pulverem agitans, donec ſpiritus totus deflagraverit.

MERCURIUS EMETICUS flavus.

Argento vivo purificato affunde in vaſe vitreo duplum pondus ſpiritus vitrioli fortis: gradatim incaleſcat liquor, & deinde ebulliat, donec in fundo remaneat maſſa alba, quæ forti igne penitus exſiccanda eſt. Hæc maſſa, aqua calida affuſa, ſtatim flaveſcet, & in pulverem fatiſcet. Teratur diligenter cum hac aqua in mortario vitreo; & poſtquam pulvis ſubſederit, aquam effunde, &, recenti aqua aliquoties affuſa, abluatur ad perfectam dulcedinem.

SULPHUR ANTIMONII præcipitatum.

℞. Antimonii p. uncias ſedecim,
Tartari p. libram unam,
Nitri p. libram dimidiam.

Separatim in pulverem redacta, bene miſceantur; ſenſim immittatur mixtura in crucibulum candens, & liquetur forti igne; deinde effundatur in conum fuſorium, & pars metallica, antimonii regulus vulgo dicta, fundum petet, ſcoriis ſupernatantibus. Scorias in aqua ſolve, & liquorem per chartam cola; deinde ſalis marini ſpiritum inſtillando ſulphur præcipita, & poſtea a ſalibus aqua ablue.

CROCUS ANTIMONII.

℞. Antimonii,
Nitri, pondera æqualia.

Separatim in pulverem trita probe miſceantur; deinde gradatim injiciatur mixtura in crucibulum candens, ut liquetur; materia effuſa ſeparetur a ſcoriis: varii erit coloris; eoque magis flaveſcet, quo diutius in igne liquata fuerit.

CROCUS ANTIMONII lotus.

Crocum in pulverem ſubtiliſſimum redactum in aqua coque; qua abjecta, denuo aqua calida aliquoties ablue, donec omnino dulceſcat.

TARTARUM EMETICUM.

℞. Croci antimonii loti,
Cryſtallorum tartari, ſingulorum p. libram dimidiam,
Aquæ m. libras tres.

Coque per horam dimidiam; deinde cola per

per chartam, & rite evaporatum ſepone, que cryſtalli formentur.

CALX ANTIMONII.

Antimonium in pulverem redactum nitri triplo ponderi probe miſceatur, & gradatim in crucibulum leviter candens immittatur; deinde mixtura ab igne remota aqua abluatur, tum a ſale adhærente, tum a parte craſſiori minus perfecte calcinata.

CAUSTICUM ANTIMONIALE.

℞. Antimonii P. libram unam,
Mercurii corroſivi ſublimati P. libras duas.

Separatim in pulverem redigantur, probe miſceantur, & fiat diſtillatio ex retorta, cujus collum amplum ſit, leni igne arenæ; quod in retortæ collum aſcendit, aëri exponendo in liquorem reſolvatur.

CINNABARIS ANTIMONII.

Quod in fundo retortæ reſtat poſt confectum cauſticum, in matracio loricato igne aperto ſublimetur.

AQUÆ STILLATITIÆ SIMPLICES.

AQUA ALEXETERIA ſimplex.

℞. Foliorum menthæ vulgaris recentium, P. ſeſquilibram,

Foliorum angelicæ recentium, ſingulorum
p. libram unam,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciantur congii tres.

AQUA SEMINUM ANETHI.

℞. Seminum anethi p. libram unam,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciatur congius unus.

AQUA CORTICUM AURANTIORUM ſimplex.

℞. Flavedinis corticum aurantiorum Hiſpalenſium ſiccatæ p. uncias quatuor,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciatur congius unus.

AQUA CASTOREI.

℞. Caſtorei Ruſſici p. unciam unam,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciantur m. libræ duæ.

AQUA CINNAMOMI ſimplex.

℞. Cinnamomi p. libram unam,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciatur congius unus.

AQUA FOENICULI.

℞. Seminum fœniculi dulcis p. libram unam,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciatur congius unus.

AQUA

AQUA MENTHÆ PIPERITIDIS
ſimplex.

℞. Foliorum menthæ piperitidis ſiccatorum P. ſeſquilibram,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciatur congius unus.

AQUA MENTHÆ VULGARIS
ſimplex.

℞. Foliorum menthæ vulgaris ſiccatorum P. ſeſquilibram,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciatur congius unus.

AQUA PIPERIS JAMAICENSIS.

℞. Piperis Jamaicenſis P. libram dimidiam,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciatur congius unus.

AQUA PULEGII
ſimplex.

℞. Foliorum pulegii ſiccatorum P. ſeſquilibram,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciatur congius unus.

AQUA ROSARUM DAMASCENARUM.

℞. Roſarum Damaſcenarum recentium P. libras ſex,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciatur congius unus.

N O T A.

OMNIBUS his aquis, quo melius conſerventur, poſt diſtillationem addi poteſt ſpiritus vinoſi tenuioris pars circiter viceſima.

TUM hæ, tum etiam ſpirituoſæ, quæ proxime ſequuntur aquæ, iisdem fere vaſis, ac olea eſſentialia prius deſcripta, diſtillari ſolent.

Herbæ autem, ſi primæ bonitatis ſint, pondere hic præſcripto ſumi debent. Ubi recentes præſcribuntur, tales adhiberi oportet: quarundam verò aridarum, quoniam omni anni tempore præſto ſunt, uſum conceſſimus, etiamſi e virentibus paulo elegantiores fierent aquæ. Omnium autem pondera opificis judicio varianda ſunt, quandocunque recentes loco aridarum adhibeantur, vel ſub cœlo minus tempeſtivo viribus imbecilliores herbæ provenerint.

AQUÆ STILLATITIÆ
SPIRITUOSÆ,
ET
SPIRITUS.

AQUA ALEXETERIA
ſpirituoſa.

℞. Foliorum menthæ vulgaris recentium P. libram dimidiam,
Foliorum angelicæ recentium,
Summitatum abſinthii maritimi recentium, ſingulorum P. uncias quatuor,

Spiri-

Spiritus vinoſi tenuioris congium unum,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciatur congius unus.

AQUA ALEXETERIA
ſpirituoſa cum aceto.

℞. Foliorum menthæ vulgaris recentium,
angelicæ recentium, ſingulorum
p. libram dimidiam,
Summitatum abſinthii maritimi recentium
p. uncias quatuor,
Spiritus vinoſi tenuioris congium unum,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciatur congius unus, deinde adde aceti m. libram unam.

AQUA SEMINUM ANISI
compoſita.

℞. Seminum aniſi,
angelicæ, ſingulorum p. libram dimidiam,
Spiritus vinoſi tenuioris congium unum,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciatur congius unus.

AQUA CORTICUM AURANTIORUM
ſpirituoſa.

℞. Flavedinis corticum aurantiorum Hiſpalenſium ſiccatæ p. libram dimidiam,
Spiritus vinoſi tenuioris congium unum,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciatur congius unus.

AQUA SEMINUM CARDAMOMI.

℞. Seminum cardamomi minoris decorticatorum p. uncias quatuor,

Spiritus vinoſi tenuioris congium unum,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciatur congius unus.

AQUA SEMINUM CARVI.

℞. Seminum carvi p. libram dimidiam,
Spiritus vinoſi tenuioris congium unum,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciatur congius unus.

AQUA CINNAMOMI ſpirituoſa.

℞. Cinnamoni p. libram unam,
Spiritus vinoſi tenuioris congium unum,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciatur congius unus.

AQUA JUNIPERI compoſita.

℞. Baccarum juniperi libram unam,
Seminum carvi, fœniculi dulcis, ſingulorum p. ſeſcunciam,
Spiritus vinoſi tenuioris congium unum,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciatur congius unus.

AQUA MENTHÆ PIPERITIDIS ſpirituoſa.

℞. Foliorum menthæ piperitidis ſiccatorum p. ſeſquilibram,
Spiritus vinoſi tenuioris congium unum,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
Distillatione eliciatur congius unus.

AQUA MENTHÆ VULGARIS ſpirituoſa.

℞. Foliorum menthæ vulgaris ſiccatorum P. ſeſquilibram,
Spiritus vinoſi tenuioris congium unum,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
DISTILLATIONE eliciatur congius unus.

AQUA NUCIS MOSCHATÆ.

℞. Nucis moſchatæ P. uncias duas,
Spiritus vinoſi tenuioris congium unum,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
DISTILLATIONE eliciatur congius unus.

AQUA PULEGII ſpirituoſa.

℞. Foliorum pulegii ſiccatorum P. ſeſquilibram,
Spiritus vinoſi tenuioris congium unum,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
DISTILLATIONE eliciatur congius unus.

AQUA RAPHANI compoſita.

℞. Foliorum cochleariæ hortenſis recentium P. libras quatuor,
Radicis raphani ruſticani recentis,
Flavedinis recentis corticum aurantiorum Hiſpalenſium, ſingulorum P. libras duas,
Nucis moſchatæ P. uncias novem,
Spiritus vinoſi tenuioris congios duos,
Aquæ q. ſ. ad evitandum empyreuma.
DISTILLATIONE eliciantur congii duo.

SPIRITUS LAVENDULÆ
ſimplex.

℞. Florum recentium lavendulæ P. ſeſquilibram,
Spiritus vinoſi tenuioris congium unum.
Distilla balnei calore, donec eliciantur
M. libræ quinque.

SPIRITUS RORISMARINI.

℞. Summitatum roriſmarini recentium P. ſeſquilibram,
Spiritus vinoſi tenuioris congium unum.
Distilla balnei calore, donec eliciantur
M. libræ quinque.

SPIRITUS LAVENDULÆ
compoſitus.

℞. Spiritus lavendulæ ſimplicis M. libras tres,
Spiritus Rorismarini M. libram unam,
Cinnamomi,
Nucis moſchatæ, ſingulorum P. unciam dimidiam,
Santali rubri P. drachmas tres,
Digere, & cola.

DE-

DECOCTA
ET
INFUSA.

DECOCTUM ALBUM.

℞. Cornu cervini calcinati, & præparati P. uncias duas,
Gummi Arabici P. drachmas duas,
Aquæ M. libras tres.
Coque ad libras duas, & cola.

DECOCTUM COMMUNE
pro clyſtere.

℞. Foliorum ſiccatorum malvæ P. unciam unam,
Florum chamæmeli ſiccatorum,
Seminum fœniculi dulcis, ſingulorum P. unciam dimidiam,
Aquæ M. libram unam.
Coque, & cola.

DECOCTUM PECTORALE.

℞. Hordei diſtichi,
Uvarum paſſarum, granis exemptis,
Caricarum, ſingulorum P. uncias duas,
Glycyrrhizæ P. unciam dimidiam,
Aquæ M. libras quatuor.

Aquam cum hordeo primum coque, deinde uvas adde, poſtremo carricas atque glyzyrrhizam paulo ante finem coctūræ, quæ tum demum perfecta erit, cum liquoris colati menſura duarum librarum reſtet.

AQUA

AQUA HORDEATA.

℞. Hordei perlati P. uncias duas,
Aquæ M. libras quatuor.

Hordeum primo a farina adhærente bene lavetur aqua frigida; deinde affuſa aquæ libra circiter dimidia aliquantulum coquatur; hac autem aqua, quæ colorabitur, abjecta, hordeum aquæ præſcriptæ bullienti adde, & coque ad partes dimidias.

POTUS COMMUNIS.

℞. Foliorum abrotani ſiccatorum,
Summitatum abſinthii maritimi ſiccatorum,
Florum chamæmeli ſiccatorum, ſingulorum P. unciam unam,
Foliorum lauri ſiccatorum P. unciam dimidiam,
Aquæ M. libras ſex.

Leviter coque, & cola.

JUS VIPERINUM.

℞. Viperam mediocris magnitudinis, pelle, capite, & inteſtinis demptis,
Aquæ M. libras duas.

Coque ad menſuram circiter ſeſquilibræ; remove ab igne, & cum perfrixerit, ſi vipera recens ſit, aufer pinguedinem concretam.

Deinde pullum gallinaceum mediocris magnitudinis exenteratum, cute adipeque omni detracto, ſed indiviſum in hoc jus adhuc frigidum immitte; igni impone, ut ebulliat; deinde remove ab igne, exime pullum, & ſtatim car-

carnem ejus in fruſtula divide; carnes diviſas iterum liquori redde, & igni admove; denique, cum primum ebullire incipit, effundatur, ſpuma caute prius ablata.

MUCILAGO SEMINUM CYDONIORUM.

℞. Seminum cydoniorum P. drachmam unam,
Aquæ M. uncias ſex.

COQUE leni igne, donec aqua fere inſtar albuminis ovi lenteſcat; tum per pannum linteum trajice.

SERUM ALUMINOSUM.

℞. Lactis vaccini M. libram unam,
Aluminis in pulverem redacti P. drachmas duas.

COQUE, ut fiat ſerum bene a coagulo ſeparandum.

SERUM SCORBUTICUM.

℞. Lactis vaccini M. libram unam,
Succorum ſcorbuticorum, M. uncias quatuor.

COQUE, ut fiat ſerum bene a coagulo ſeparandum.

INFUSUM AMARUM ſimplex.

℞. Radicis gentianæ,

Fla-

Flavedinis corticum limonum recentis ſedulo ab alba interiori corticis parte ſeparatæ, ſingulorum P. unciam dimidiam,
Flavedinis corticum aurantiorum Hiſpalenſium item ab interiori corticis parte ſeparatæ & ſiccatæ P. ſeſquidrachmam,
Aquæ bullientis M. uncias duodecim.

Post macerationem per horam unam aut alteram cola per chartam emporeticam, vel pannum ſine expreſſione.

INFUSUM AMARUM purgans.

℞. Foliorum ſenæ,
Flavedinis corticum limonum recentis, ſingulorum P. drachmas tres,
Radicis gentianæ,
Flavedinis corticum aurantiorum Hiſpalenſium ſiccatæ,
Seminum cardamomi minoris decorticatorum, ſingulorum P. drachmam dimidiam,
Aquæ bullientis M. uncias quinque.

Post macerationem liquorem frigefactum cola.

INFUSUM SENÆ commune.

℞. Foliorum ſenæ P. ſeſcunciam,
Cryſtallorum tartari P. drachmas tres,
Seminum cardamomi minoris decorticatorum P. drachmas duas,

Aquæ

Aquæ M. libram unam.

CRYSTALLOS tartari in aqua coquendo ſolve; deinde aquam adhuc bullientem reliquis affunde, &, poſtquam refrixerit, cola.

INFUSUM SENÆ
limoniatum.

℞. Foliorum ſenæ P. ſeſcunciam,
Flavedinis corticum limonum recentis P. unciam unam,
Succi limonum M. unciam unam,
Aquæ bullientis M. libram unam.

MACERA, & liquorem frigefactum cola.

AQUÆ CALCIS
ſimplex.

℞. Calcis vivæ P. libram unam;
Aquæ M. libras duodecim.

AFFUNDE gradatim aquam; poſt ebullitionem ſubſidat calx, & liquor per chartam coletur.

AQUA CALCIS
minus compoſita.

℞. Glicyrhizæ P. unciam unam,
Corticis ſaſſafras P. unciam dimidiam,
Aquæ calcis ſimplicis M. libras ſex.

MACERA ſine calore per biduum, & cola.

AQUA

AQUA CALCIS
magis compoſita.

℞. Ligni guaiaci raſi P. libram dimidiam,
Glycyrrhizæ P. unciam unam,
Corticis ſaſſafras P. unciam dimidiam,
Seminum coriandri P. drachmas tres,
Aquæ calcis ſimplicis M. libras ſex.
MACERA ut antea, & cola.

TINCTURA ROSARUM.

℞. Roſarum rubrarum immaturarum, abjectis unguibus, P. unciam dimidiam,
Spiritus vitrioli fortis, olei dicti, P. ſcrupulum unum,
Aquæ bullientis M. libras duas cum ſemiſſe,
Sacchari puriſſimi P. ſeſcunciam.

AQUÆ primo admiſce vitrioli ſpiritum in vaſe vitreo, vel fictili vitreato, & in mixtura roſas macera; liquorem frigefactum cola, & adjice ſaccharum.

ACETUM SCILLITICUM.

℞. Scillarum ſiccatarum P. libram unam,
Aceti M. libras ſex.

MACERA ſcillas in aceto leni calore; deinde exprime, & ſepone, ut fæces ſubſidant: denique aceto defæcato adde Spiritus vinoſi tenuioris duodecimam circiter partem, ut diutius a fæculentia conſervetur.

VINA,

VINA.

VINUM ALOETICUM.
alkalinum.

℞. Salis alicujus alkalini fixi P. uncias octo,
Aloës Socotorinæ,
Croci,
Myrrhæ, ſingulorum P. unciam unam,
Salis ammoniaci purificati P. drachmas ſex,
Vini albi M. libras duas.

Macera ſine calore per hebdomadam, vel diutius: deinde per chartam cola.

VINUM AMARUM.

℞. Radicis gentianæ,
Flavedinis corticum limonum recentis, ſingulorum P. unciam unam,
Piperis longi P. drachmas duas,
Vini albi M. libras duas.

Macera ſine calore, & cola.

VINUM ANTIMONIALE.

℞. Croci antimonii loti P. unciam unam,
Vini albi M. ſeſquilibram.

Macera ſine calore, & per chartam cola.

VINUM CHALYBEATUM.

℞. Limaturæ ferri P. uncias quatuor,
Cinnamomi,
Macis ſingulorum P. unciam dimidiam,

Vini Rhenani M. libras quatuor.

MACERA ſine calore per menſem, ſæpe interim agitans; deinde cola.

VINUM CROCEUM.

℞. Croci P. unciam unam,
Vini Canarini M. libram unam.
MACERA ſine calore, & cola.

VINUM IPECACOANHÆ.

℞. Radicis ipecacoanhæ P. uncias duas,
Flavedinis aurantiorum Hiſpalenſium ſiccatæ P. unciam dimidiam,
Vini Canarini M. libras duas.

MACERA ſine calore, & cola.

VINUM VIPERINUM.

℞. Viperarum ſiccatarum P. uncias duas,
Vini albi M. libras tres.

MACERA leni calore per hebdomadam, & cola.

TINCTURA RHABARBARI vinoſa.

℞. Rhabarbari P. uncias duas,
Seminum cardamomi minoris decorticatorum P. unciam dimidiam,
Croci P. drachmas duas,
Vini albi M. libras duas.
MACERA ſine calore, & cola.

TINCTU-

TINCTURA SACRA.

℞. Aloës Socotorinæ p. uncias octo,
Canellæ albæ p. uncias duas,
Vini albi m. libras decem.

Aloe & canella ſeparatim in pulverem redigantur, tum mixtis vinum affundatur; deinde macera ſine calore per hebdomadam, vel diutius, ſubinde agitans; & poſtremo cola.

Non inutile erit arenam albam probe a ſordibus ablutam pulveribus admiſcere, quo minus concreſcat aloë madefacta.

TINCTURA THEBAICA.

℞. Opii colati p. uncias duas,
Cinnamomi,
Caryophillorum aromaticorum, ſingulorum p. drachmam unam,
Vini albi m. libram unam.

Macera per hebdomadam ſine calore, deinde per chartam cola.

NOTA.

Omnibus his vinis, poſtquam colata ſint, addere licet ſpiritus vinoſi tenuioris viceſimam circiter partem, ut tutiora ſint a fermentatione. Etiam reponere convenit vitries ampullis iisdem, quibus vina in uſus communes aſſervantur, eademque cura obturatis.

TINCTURÆ SPIRITUOSÆ.

TINCTURA AMARA.

℞. Radicis gentianæ P. uncias duas,
Flavedinis corticum aurantiorum Hiſpalenſium ſiccatæ R. unciam unam,
Seminum cardamomi minoris excorticatorum P. unciam dimidiam,
Spiritus vinoſi tenuioris M. libras duas.

Digere ſine calore, & cola.

TINCTURA ANTIMONII.

℞. Salis cujusvis alkalini fixi P. libram unam,
Antimonii P. libram dimidiam,
Spiritus vinoſi rectificati M. libras duas.

Antimonium in pulverem redactum ſali admiſce, & igne forti liqueſcant ſimul per horam; deinde effunde, in pulverem redige, & ſpiritu affuſo, digere per tres vel quatuor dies; ad extremum cola.

TINCTURA AROMATICA.

℞. Cinnamomi P. drachmas ſex,
Seminum cardamomi minoris decorticatorum P. drachmas tres,
Piperis longi,
Zingiberis, ſingulorum P. drachmas duas,
Spiritus vinoſi tenuioris M. libras duas.

Digere ſine calore, & cola.

TINCTU-

TINCTURA CANTHARIDUM.

℞. Cantharidum contuſarum P. drachmas duas,
Coccinellæ P drachmam dimidiam,
Spiritus vinoſi tenuioris M. ſeſquilibram.

DIGERE, & cola per chartam.

TINCTURA CARDAMOMI.

℞. Seminum cardamomi minoris decorticatorum P. libram dimidiam,
Spiritus vinoſi tenuioris M. libras duas.

DIGERE ſine calore, & cola.

TINCTURA CASTOREI.

℞. Caſtorei Ruſſici in pulverem redacti P. uncias duas,
Spiritus vinoſi tenuioris M. libras duas.

DIGERE per dies decem ſine calore, deinde cola.

TINCTURA CINNAMOMI.

℞. Cinnamomi P. ſeſcunciam,
Spiritus vinoſi tenuioris M. libram unam.

DIGERE ſine calore, & cola.

TINCTURA CORTICIS PERUVIANI ſimplex.

℞. Corticis Peruviani P. uncias quatuor,
Spiritus vinoſi tenuioris M. libras duas.

DIGERE, & cola.

TINCTURA CORTICIS PERUVIANI volatilis.

℞. Corticis Peruviani P. uncias quatuor, Spiritus ſalis ammoniaci M. libras duas.

Digere ſine calore in vaſe bene clauſo, & cola.

TINCTURA FOETIDA.

℞. Aſæ fœtidæ P. uncias quatuor, Spiritus vinoſi rectificati M. libras duas.

Digere, & cola.

TINCTURA FULIGINIS.

℞. Fuliginis ligni P. uncias duas, Aſæ fœtidæ P. unciam unam, Spiritus vinoſi tenuioris M. libras duas. Digere, & cola.

TINCTURA GUAIACINA volatilis.

℞. Gummi guaiaci P. uncias quatuor, Spiritus volatilis aromatici M. ſeſquilibram.

Digere ſine calore in vaſe bene clauſo, & cola.

TINCTURA JALAPII.

℞. Radicis jalapii P. uncias octo, Spiritus vinoſi tenuioris M. libras duas. Digere, & cola.

TINCTURA JAPONICA.

℞. Terræ Japonicæ P. uncias tres,

Cinna-

Cinnamomi P. uncias duas,
Spiritus vinoſi tenuioris M libras duas.

DIGERE, & cola.

TINCTURA FLORUM MARTIALIUM.

℞. Florum martialium P. uncias quatuor,
Spiritus vinoſi tenuioris M. libram unam.

DIGERE, & cola.

TINCTURA MARTIS IN SPIRITU SALIS.

℞. Limaturæ ferri P. libram dimidiam,
Spiritus ſalis marini Glauberi P. libras tres,
Spiritus vinoſi rectificati M. libras tres.

MACERA ferri limaturam in ſpiritu ſalis ſine calore, quamdiu ſpiritus ferrum rodit; poſtquam fæces ſubſederint, liquor evaporetur ad libram unam, & reſiduo addatur ſpiritus vinoſus.

TINCTURA MELAMPODII.

℞. Radicis hellebori nigri P. uncias quatuor,
Coccinellæ P. ſcrupulos duos,
Spiritus vinoſi tenuioris M. libras duas.

DIGERE, & cola per chartam.

TINCTURA MYRRHÆ.

℞. Myrrhæ P uncias tres,
Spiritus vinoſi tenuioris M. libras duas.

DIGERE, & cola.

TINCTURA RHABARBARI ſpirituoſa.

℞. Rhabarbari P. uncias duas,
Seminum cardamomi minoris decorticatorum P. unciam dimidiam,
Croci P. drachmas duas,
Spiritus vinoſi tenuioris M. libras duas.
DIGERE ſine calore, & cola.

TINCTURA SATURNINA.

℞. Sacchari ſaturni,
Vitrioli viridis, ſingulorum P. uncias duas,
Spiritus vinoſi rectificati M. libras duas.
SALES ſeparatim in pulverem redacti in ſpiritum infundantur; deinde digere ſine calore, & per chartam cola.

TINCTURA SENÆ.

℞. Uvarum paſſarum, detractis interioribus granis, P. uncias ſedecim,
Foliorum ſenæ P. libram unam,
Seminum carvi P. ſeſcunciam,
cardamomi minoris decorticatorum P. unciam dimidiam,
Spiritus vinoſi tenuioris congium unum.
DIGERE ſine calore, & cola.

TINCTURA SERPENTARIÆ.

℞. Radicis ſerpentariæ Virginianæ P. uncias tres,
Spiritus vinoſi tenuioris M. libras duas.
DIGERE ſine calore, & cola.

TINCTU-

TINCTURA STOMACHICA.

℞. Uvarum paſſarum, detractis interioribus granis P. uncias quatuor,
Cinnamomi P. unciam dimidiam,
Seminum carui,
cardamomi minoris decorticatorum,
Coccinellæ, ſingulorum P. drachmas duas,
Spiritus vinoſi tenuioris M. libras duas.
Digere ſine calore, & cola.

TINCTURA STYPTICA.

℞. Vitrioli viridis calcinati P. drachmam unam,
Spiritus vini Gallici ex vaſe ligneo, quo aſſervatus fuerit, flaveſcentis M. libras duas.
Misce, ut ſpiritus nigreſcat; deinde cola.

TINCTURA VALERIANÆ ſimplex.

℞. Radicis valerianæ ſilveſtris P. uncias quatuor,
Spiritus vinoſi tenuioris M. libras duas.
Digere, & cola.

TINCTURA VALERIANÆ volatilis.

℞. Radicis valerianæ ſilveſtris P. uncias quatuor,
Spiritus volatilis aromatici M. libras duas.
Digere ſine calore in vaſe bene clauſo, & cola.

TINCTURA VERATRI.

℞. Radicis hellebori albi P. uncias octo,
Spiritus vinoſi tenuioris M. libras duas.
Digere, & cola per chartam.

BALSAMUM GUAIACINUM.

℞. Gummi guaiaci, P. libram unam,
Balſami Peruviani drachmas tres,
Spiritus vinoſi rectificati M. libras duas cum ſemiſſe.
Digere, ut gummi ſolvatur, & deinde cola.

BALSAMUM TRAUMATICUM.

℞. Benzoini P. uncias tres,
Styracis calamitæ colati P. uncias duas,
Balſami Tolutani P. unciam unam,
Aloës Socotorinæ P. unciam dimidiam,
Spiritus vinoſi rectificati M. libras duas.
Digere, ut gummi, quantum fieri poterit, ſolvantur; deinde cola.

ELIXIR ALOES.

℞. Tincturæ myrrhæ M. libras duas,
Croci,
Aloës Socotorinæ, ſingulorum P. uncias tres.
Digere, & cola.

ELIXIR PAREGORICUM.

℞. Florum benzoini,
Opii colati, ſingulorum P. drachmam unam,
Cam-

Camphoræ P. ſcrupulos duos,
Olei aniſi eſſentialis P. drachmam dimidiam,
Spiritus vinoſi rectificati. M. libras duas,

Digere, & cola.

ELIXIR VITRIOLI ACIDUM.

℞. Tincturæ aromaticæ M. libram unam,
Spiritus vitrioli fortis, olei dicti, P. uncias quatuor.

Misce gradatim, & poſtquam fæces ſubſederint, per chartam cola.

ELIXIR VITRIOLI DULCE.

℞. Tincturæ aromaticæ M. libram unam,
Spiritus vitrioli dulcis P. uncias octo.

Misce.

ELIXIR MYRRHÆ compoſitum.

℞. Extracti ſabinæ P. unciam unam,
Tincturæ caſtorei M. libram unam,
Tincturæ myrrhæ M. libram dimidiam.

Digere, & cola.

MIXTURÆ.

JULEPUM e CAMPHORA.

℞. Camphoræ P. drachmam unam,
Sacchari puriſſimi P. unciam dimidiam,
Aquæ bullientis M. libram unam.

Camphora primum cum paulo ſpiritu vinoſo rectificato teratur, ut molleſcat, deinde cum ſaccharo, donec perfecte miſceantur; denique aquam ſenſim adde & mixturam in operto vaſe frigefactam cola.

JULEPUM e CRETA.

℞. Cretæ albiſſimæ præparatæ P. unciam unam,
Sacchari puriſſimi P. drachmas ſex,
Gummi Arabici P. drachmas duas,
Aquæ M. libras duas.

Miſce.

JULEPUM e MOSCHO.

℞. Aquæ roſarum Damaſcenarum M. uncias ſex,
Moſchi P. grana duodecim,
Sacchari puriſſimi P. drachmam unam.

Tere ſaccharum cum moſcho, & gradatim adde aquam roſarum.

EMULSIO COMMUNIS.

℞. Amygdalarum dulcium, pellicula dempta P. unciam unam,
Gummi Arabici P. unciam dimidiam,
Sacchari puriſſimi P. drachmas ſex,

Aquæ

Aquæ hordeatæ M. libras duas.

Solve gummi in aqua hordeata calida; & cum aqua penitus refrixerit, amygdalis cum ſaccharo contuſis gradatim affunde, ſimul terens, ut lacteſcat; deinde liquorem cola.

LAC AMMONIACI.

℞. Gummi ammoniaci P. drachmas duas,
Aquæ pulegii ſimplicis M. libram dimidiam.

Tere gummi in mortario cum aqua, donec ſolvatur.

SPIRITUS VINOSUS.
camphoratus.

℞. Camphoræ P. uncias duas,
Spiritus vinoſi rectificati M. libras duas.

Misce, ut camphora ſolvatur.

SYRUPI.

UBI pondus ſacchari non præſcribitur, intelligendum eſt, in ſingulas liquoris menſuras librales pondus ſacchari eſſe debere uncias viginti novem. Saccharum ſit puriſſimum, in pulverem redactum; & balnei calore liquetur, niſi aliter præſcriptum ſit: ſyrupus vero confectus in poſterum diem ſeponendus eſt, quando cruſta ſaccharina, ſi quæ ſupernatet, auferri debet.

SYRUPUS ex ALLIO.

℞. Allii conciſi P. libram uuam,
Aquæ bullientis M. libras duas.

Macera in vaſe clauſo per horas duodecim, & in liquore colato diſſolve ſaccharum, ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS ex ALTHÆA.

℞. Radicum recentium althææ P. libram unam,
Sacchari puriſſimi P. libras quatuor,
Aquæ congium unum.

Coque aquam cum radicibus ad dimidium; poſtquam penitus frigefacta eſt, effunde & exprime; liquor ſeponatur per noctem, ut fæces ſubſidant; mane defæcatum liquorem effunde, &, addito ſaccharo, ad ſex librarum pondus coque.

SYRUPUS e CORTICIBUS AURANTIORUM.

℞. Flavedinis corticum aurantiorum Hiſpalenſium recentis P. uncias octo,
Aquæ bullientis M. libras quinque.

Macera per noctem in vaſe clauſo, mane in liquore colato diſſolve ſaccharum puriſſimum in pulverem redactum, ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS BALSAMICUS.

℞. Balſami Tolutani P. uncias octo,
Aquæ M. libras tres.

Co:

Coquе, per duas vel tres horas in vaſe circulatorio, vel ſaltem in matracio longi colli, orificio leviter tecto; liquori poſtquam refrixerit, colato admiſce ſaccharum puriſſimum, ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS CARYOPHYLLORUM rubrorum.

℞. Caryophyllorum rubrorum recentium, præciſis unguibus, P. libras tres,
Aquæ bullientis M. libras quinque.

Macerentur per noctem in vaſe vitreo, vel terreo vitreato; & in liquore colato diſſolve ſaccharum puriſſimum, ut fiat ſyrupus.

EODEM modo conficitur ſyrupus e floribus Paralyſis.

SYRUPUS CROCI.

℞. Vini crocei M. libram unam,
Sacchari puriſſimi P. uncias viginti quinque.

Solvendo ſaccharum fiat ſyrupus.

SYRUPUS CYDONIORUM.

℞. Succi cydoniorum defæcati M. libras tres,
Cinnamomi P. drachmam unam,
Caryophyllorum aromaticorum,
Zingiberis, ſingulorum P. drachmam dimidiam,
Vini rubri M. libram unam,
Sacchari puriſſimi P. libras novem.

Suc-

Succus cum aromatibus cinerum calore per ſex horas digeratur; deinde vinum adjiciens cola; liquori colato adde ſaccharum, ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS e SUCCO LIMONUM.

℞. Succi limonum, poſtquam fæces ſubſederint, colati M. libras duas,
Sacchari puriſſimi P. uncias quinquaginta.

Soluatur ſaccharum, ut fiat ſyrupus.

SIMILITER conficiuntur ſyrupi e ſuccis Mororum, & Fructus rubi Idæi.

SYRUPUS e MECONIO, ſive DIACODION.

℞. Capitum papaveris albi ſiccatorum, ſeminibus exemptis, P. libras tres cum dimidia,
Aquæ, congios ſex.

Capita concide, & in aqua coque, ſubinde peragitans, ne urantur, donec tertia circiter pars liquoris remaneat, quæ tota fere a capitibus imbibetur; deinde remove ab igne, & fortiter exprime; poſtea coquendo redige ad quatuor circiter librarum menſuram, &, dum adhuc fervet, cola, primum per cribrum, deinde per pannum laneum tenuem, & ſepone per noctem, ut fæces ſubſidant: mane purum liquorem effuſum coque cum pondere ſacchari puriſſimi librarum ſex, donec pondus totius ſit librarum novem, vel paulo plus, ut fiat ſyrupus idoneæ ſpiſſitudinis.

SYRU-

SYRUPUS PAPAVERIS ERRATICI.

℞. Florum papaveris erratici recentium P. libras quatuor,
Aquæ bullientis M. libras quatuor cum ſemiſſe.

Aqua floribus affuſa imponatur ſuper ignem, & flores ſæpe moveantur, donec penitus madefiant; & cum primum in aquam ſint demerſi, ſeponantur per noctem ad macerandum; poſtridie, effuſo & expreſſo liquore, ſepone per aliam noctem, ut fæces ſubſidant; deinde ſaccharo puriſſimo fiat ſyrupus.

SYRUPUS PECTORALIS.

℞. Foliorum trichomanis ſiccatorum P. uncias quinque,
Glycyrrhizæ P. uncias quatuor,
Aquæ bullientis M. libras quinque

Macera per aliquot horas, & in liquore colato diſſolve ſaccharum puriſſimum, ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS ROSARUM SOLUTIVUS.

℞. Liquorum ex roſarum Damaſcenarum P. libris ſex poſt diſtillationem reſiduum,
Sacchari puriſſimi P. libras quinque.

Liquorem expreſſum ad trium librarum menſuram coquendo redige; ſepone per noctem, ut fæces ſubſidant; mane defæcatum effunde, &, adjecto ſaccharo, coque ad pondus librarum ſeptem cum dimidia.

SYRUPUS SCILLITICUS.

℞. Aceti ſcillitici M. ſeſquilibram,
Cinnamomi,
Zingiberis, ſingulorum P. unciam unam,
Sacchari puriſſimi P. libras tres cum dimidia.

Macera aromata per triduum in aceto, & liquori colato adde ſaccharum, ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS SIMPLEX.

Aqua ſolvatur ſaccharum puriſſimum, ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS e SPINA CERVINA.

℞. Succi baccarum maturarum & recentium ſpinæ cervinæ congium unum.
Cinnamomi,
Zingiberis,
Nucis moſchatæ, ſingulorum P. unciam unam,
Sacchari puriſſimi P. libras ſeptem.

Sepone ſuccum per aliquot dies, ut fæces ſeparentur; deinde cola, & in aliqua ſucci parte macera aromata; coque reliquum, ſub finem addens eam partem, in qua aromata macerata ſunt, prius colatam, ut totus redigatur ad menſuram quatuor librarum; denique ſaccharum adde, ut fiat ſyrupus.

SYRUPUS VIOLARUM.

℞. Violarum recentium, & bene coloratarum P. libras duas,
Aquæ bullientis M. libras quinque.

Macera per integrum diem in vaſe vitreo, vel ſaltem terreo vitreato; deinde effundatur liquor, & coletur per linteum tenue, diligenter evitata omni expreſſione; poſtea ſaccharo puriſſimo fiat ſyrupus.

SYRUPUS ZINGIBERIS.

℞. Zingiberis tenuiter conciſi P. uncias quatuor,
Aquæ bullientis M. libras tres.

Macera per aliquot horas, & cola; deinde addendo ſaccharum puriſſimum fiat ſyrupus.

CONFECTIO ALKERMES.

℞. Succi granorum kermes tepefacti, & colati P. libras tres;
Aquæ roſarum Damaſcenarum M. uncias ſex,
Olei cinnamomi P. ſcrupulum dimidium,
Sacchari puriſſimi P. libram unam.

Saccharum cum aqua roſarum balnei calore liquefac in ſyrupum, deinde ſuccum kermes immiſce, &, poſtquam refrixerit, oleum cinnamomi.

MELLA et OXYMELITA.

MEL ÆGYPTIACUM.

℞. Æruginis minutiſſime tritæ P. uncias quinque,
Mellis P. uncias quatuordecim,
Aceti M. uncias ſeptem.

Coquantur omnia ſimul leni igne ad idoneam ſpiſſitudinem, & colorem ſubrubrum: hujus mixturæ poſt aliquod tempus pars craſſior ſubſidet; quod vero ſupernatat, vocatur mel Ægyptiacum.

MEL ELATINES.

℞. Succi elatines depurati M. libras quatuor,
Mellis deſpumati P. libras quatuor.

Coque ad debitam ſpiſſitudinem.

MEL HELLEBORATUM.

℞. Radicum hellebori albi ſiccatarum & conciſarum P. libram unam,
Mellis deſpumati P. libras tres,
Aquæ M. libras quatuor.

Post macerationem radicum per triduum in aqua præſcripta coque paululum; deinde exprime, & liquorem expreſſum iterum cola; poſtea recoque cum melle ad debitam ſpiſſitudinem.

MEL ROSACEUM.

℞. Roſarum rubrarum immaturarum, demptis unguibus, celeriter areſactarum P. uncias quatuor,
Aquæ bullientis M. libras tres,
Mellis deſpumati P. libras quinque.

Macera roſas in aqua per aliquot horas; deinde liquori colato admiſce mel, & coque ad debitam ſpiſſitudinem.

MEL

MEL SOLUTIVUM.

℞. Liquorem ex roſarum Damaſcenarum P. libris ſex poſt diſtillationem reſiduum,
Seminum cymini parum contuſorum P. unciam unam,
Sacchari rubri P. libras quatuor,
Mellis P. libras duas.

Coque liquorem expreſſum ad trium librarum menſuram, circa finem adjectis ſeminibus linteo deligatis; dein, addito ſaccharo & melle, leniter decoque ad mellis liquidi ſpiſſitudinem.

OXYMEL ex ALLIO.

℞. Allii conciſi P. ſeſcunciam,
Seminum carvi,
Seminum foeniculi dulcis, ſingulorum P. drachmas duas,
Mellis deſpumati P. uncias decem,
Aceti M. libram dimidiam.

Coque acetum aliquantiſper in vaſe fictili vitreato cum ſeminibus contuſis; deinde addito allio, vas tegatur; poſtquam refrixerit, liquore expreſſo diſſolve balnei calore mel.

OXYMEL SCILLITICUM.

℞. Mellis deſpumati P. libras tres,
Aceti ſcillitici M. libras duas.

Coque in vaſe fictili vitreato, lenique igne ad ſyrupi ſpiſſitudinem.

OXYMEL SIMPLEX.

℞. Mellis deſpumati P. libras duas,

Aceti M. libram unam.

Coque in vaſe fictili vitreato, lenique igne, ad ſyrupi ſpiſſitudinem.

PULVERES.

PULVIS ANTILYSSUS.

℞. Lichenis cinerei terreſtris P. uncias duas,
Piperis nigri P. unciam unam.

In pulverem ſimul contundantur.

PULVIS ARI compoſitus.

℞. Radicis ari recens ſiccatæ P. uncias duas,
gladioli lutei,
pimpinellæ ſaxifragæ, ſingulorum unciam unam,
Oculorum cancrorum præparatorum,
Cinnamomi, ſingulorum P. unciam dimidiam,
Salis abſinthii P. drachmas duas.

Contundantur in pulverem vaſe clauſo ſervandum.

PULVIS e BOLO COMPOSITUS ſine opio.

℞. Boli Armeniæ, aut Gallicæ P. libram dimidiam,
Cinnamomi P. uncias quatuor,
Radicis tormentillæ,
Gummi Arabici, ſingulorum. P. uncias tres,
Piperis longi P. unciam dimidiam.

In pulverem redigantur.

PULVIS e BOLO COMPOSITUS
cum opio.

℞. Opii colati P. drachmas tres.

Aliquantulum exſiccetur, ut in pulverem commode redigi poſſit; deinde ſpeciebus prædictis, antequam in pulverem contunduntur, addatur, ut ex omnibus ſimul contritis pulvis fiat.

PULVIS e CERUSSA
compoſitus.

℞. Ceruſſæ P. uncias quinque,
Sarcocollæ P. ſeſcunciam,
Gummi tragacanthæ P. unciam dimidiam.

Omnia in pulverem ſimul contundantur.

PULVIS e CHELIS CANCRORUM
compoſitus.

℞. Apicum chelarum cancrorum præparatorum P. libram unam,
Margaritarum præparatarum,
Corallii rubri præparati, ſingulorum P. uncias tres.

Misce.

PULVIS BEZOARDICUS.

℞. Pulveris e chelis cancrorum compoſiti P. libram unam,
Lapidis bezoar orientalis præparati P. unciam unam.

Misce.

PULVIS CONTRAYERVÆ compoſitus.

℞. Pulveris e chelis cancrorum compoſiti P. ſeſquilibram,
Radicis contrayervæ P. uncias quinque.

Fiat pulvis.

PULVIS e MYRRHA compoſitus.

℞. Foliorum ſiccatorum rutæ,
dictamni Cretici,
Myrrhæ, ſingulorum P. ſeſcunciam,
Aſa fœtidæ,
Sagapeni,
Caſtorei Ruſſici,
Opopanacis, ſingulorum P. unciam unam.

Species ſimul in pulverem contundantur.

PULVIS e SCAMMONIO compoſitus.

℞. Scammonii P. uncias quatuor,
Cornu cervi calcinati & præparati P. uncias tres.

Diligenter ſimul in pulverem terantur.

PULVIS e SENA compoſitus.

℞. Foliorum ſenæ,
Cryſtallorum tartari, ſingulorum P. uncias duas,
Scammonii P. unciam dimidiam,

Caryo-

Caryophyllorum aromaticorum,
Cinnamomi,
Zingiberis, ſingulorum P. drachmas duas.

Scammonium per ſe, cætera ſimul in pulverem redigantur; deinde miſceantur.

PULVIS STERNUTATORIUS.

℞. Foliorum ſiccatorum aſari,
majoranæ,
mari Syriaci,
Florum ſiccatorum lavendulæ, ſingulorum pondera æqualia.

Omnia ſimul in pulverem conterantur.

PULVIS e SUCCINO compoſitus.

℞. Succini præparati,
Gummi Arabici ſingulorum P. drachmas decem,
Succi hypociſtidis,
Balauſtiorum,
Terræ Japonicæ, ſingulorum P. drachmas quinque,
Olibani P. unciam dimidiam,
Opii colati P. drachmam unam.

Omnia ſimul in pulverem redigantur.

PULVIS e TRAGACANTHA compoſitus.

℞. Gummi tragacanthæ,
Arabici,

Radicis althææ, ſingulorum P. ſeſcunciam,
Amyli,
Glycyrrhizæ, ſingulorum P. unciam dimidiam,
Sacchari puriſſimi P. uncias tres.
OMNIA ſimul in pulverem terantur,

HIERA PICRA.

℞. Gummi ex aloë Socotorina extracti P. libram unam,
Canellæ albæ P. uncias tres.
SEPARATIM in pulverem contundantur, deinde miſceantur.

SPECIES AROMATICÆ.

℞. Cinnamomi P. uncias duas,
Seminum cardamomi minoris decorticatorum,
Zingiberis,
Piperis longi, ſingulorum P. unciam unam.
SIMUL in pulverem contundantur.

SPECIES e SCORDIO
ſine opio.

℞. Boli Armeniæ, aut Gallicæ P. uncias quatuor,
Scordii P. uncias duas,
Cinnamomi P. ſeſcunciam,
Styracis calamitæ colati,
Radicum tormentillæ,
biſtortæ,
gentianæ,
Foliorum dictamni Cretici,
Galbani colati,
Gummi Arabici,

Roſarum

Roſarum rubrarum, ſingulorum P. unciam unam,
Piperis longi,
Zingiberis, ſingulorum P. unciam dimidiam.
In pulverem contundantur.

SPECIES e SCORDIO
cum opio.

℞. Opii colati P. drachmas tres.

Speciebus prædictis inter contundendum addatur, poſtquam paululum exſiccatum fuerit, ut commode in pulverem redigi poſſit.

TROCHISCI
ET
TABELLÆ.

SACCHARUM ROSACEUM.

℞. Roſarum rubrarum immaturarum, demtis unguibus, celeriter areſactarum P. unciam unam,
Sacchari puriſſimi P. libram unam.

Rosas & ſaccharum in pulverem ſeorſum redige; deinde miſce, & aqua humecta, ut fiant tabellæ leni calore ſiccandæ.

TROCHISCI BECHICI
albi.

℞. Sacchari puriſſimi P. ſeſquilibram,
Amyli P. ſeſcunciam,

Glycyrrhizæ P. drachmas ſex,
Radicis iridis P. unciam dimidiam.

OMNIBUS in pulverem contritis, mucilagine gummi tragacanthæ fiant trochiſci.

TROCHISCI BECHICI nigri.

℞. Extracti glycyrrhizæ,
